



P Ouidii Metamorphosis cum integris ac emen-
datissimis Raphaelis Regii enarratio-
nibus & repræhensione illarũ
eptiarum: quibus ultimus
Quaternio primæ
editionis fuit
inquina
tus

Priuilegium Raphaeli Regio concessum.

Cum eruditus uir Raphael Regius magna cura & studio & alia quædam opera & annotationes in Q uintiliani institutionem & in Ouidii metamorphosin enarrationes conscripserit: & emendate imprimenda curauerit nr̃a soliciti Domini cõsiliarii ad humilem supplicationem ipsius Raphaelis terminauerunt & decreuerunt nequis operã ipsa audeat in uniuersa ditione Serenissimi Dominii cum alterius cuiusq; operibus imprimendo confundere uel comiscere: aut separata imprimere: aut alibi impressa uendere sub pœna ducatorum Viginti quinq; per Q uæstores cuius industriam Raphael ipse totiens elegerit: quotiens opera ipsa duxerit imprimenda.

Consiliarii

D. Andreas Q uirinus.
D. Marcus Barbus.
D. Antonius Grimanus.
D. Marcus Bolanus.

Ad lectorem.

Accipe studiose lector integras Raphaelis Regii in Ouidii metamorphosin enarrationes: ac in Q uintiliani oratoriam institutionem eiusdem annotationes: quæ iterum diligentissime impressum cœperunt: si potes expecta. Q uæ namq; superiore anno perfidia cuiusdam librarii me inscio emissæ fuerunt non pleriſq; modo in locis quorundam inuidorum conspiratione fœdissime depravatæ fuerunt: Verum præfatione quoq; indice. Vita poetæ, iis quæ προλεγόμενα Græci vocant: & ultimi quaternionis expositionibus mihi compositis fraudatæ circumferuntur. Librarius enim ille eorum sibi conscius: quæ deprauarat: noluit tantisper expectare: dum totum opus relegerem atq; castigarem: Sed quendam si non malignum fatuum certe & indoctum induxit: qui meas enarrationes suarum ineptiarum appositione inquinaret: Q uod quidem cum resciuissem: plureſq; errores q̃ uerba in illius expositionibus nomini meo ascriptis inesse deprehendissem. & librarium ipsum falsi reum egi: & enarrationes diligentissime emendatas iterum imprimendas curaui. Q uare in his quoq; inuenies eadem aliqua multa mutata. plurima adiecta. Ota uero compositiora & q̃ non potuimus: emendata. Cæterum cãdide lector caue ne i emẽdis quoq; nostris in Q uintilianum annotationibus decipiaris: quæ eiusdem imperiti ineptiis fœdatæ extra ullam præfationem nostram Venales circũuehuntur.

Vale.

Ad illustrissimum Mantuæ Principem Franciscum Gonzagam Raphaelis Regii enarrationum in Ouidii Metamorphosin præfatio.

Cogitanti mihi lucundissime Princeps: cui potissimum meas in Ouidii Metamorphosin enarrationes dicarem: tu in primis occurristi: qui hoc quantulocumq; munere dignus esse uidereris. Tantus est. n. cũ aliarũ uirtutum: tum singularis ac prope diuinæ liberalitatis tuæ splendor: ut ab omnibus celebrari immortalitatiq; conseerari merearis. Excellenti namq; uirtuti ex philosophorũ omniũ sententia laus. honor & gloria debetur. Tu uero nihil pulchrius honorificentiusq; esse existimas q̃ diuitias & opes: quibus indies magis magisq; abundas: ad magnificentiam benignitatemq; conferre. Hinc. n. & merito quidem fit: ut non solum strenuissimi quiq; milites ad te certati cõfugiant: sed cũ alii Italiæ principes te colant & admirentur: tum grauissimus sapientissimusq; Venetorũ senatus te sibi quocũq; officii genere denunciato in dieſq; habeat cariorem. Ex tanta namq; liberalitate facile cognoscat eam tibi ingenitam esse animi magnitudinẽ: ut & alta expetas: & præclara sis gesturus: & uiam ad immortalem gloriam affectes. Omnes siquidem imperatoriæ uirtutes in te hic refulgẽt: ut Scipioni illi maiori: qui quatuor & uiginti annos natus imperator aduersus Pœnos in Hispaniam a senatu populoq; Romano fuit missus: merito sis æquiparandus. Vt enim corporis excellentem formam uereq; imperio dignam: & rarum in Principe robur omittamus: quis tuum in assiduis exercitationibus laborem. in periculis fortitudinem. ad prouidendo consilium. in agendo industriam. in conficiendo celeritatem nõ magnopere admiretur? Tu nulla pluuia. nullis niuibus. nullo æstu ab anteluccanis uenationibus deterreris. Tu summa omnibus in rebus temperantia. fide. iusticia esse una omnium uoce prædicaris. Tu singulari facilitate sic alios & ciuiũ & militũ ad te amandũ allicis: ut nõ Princeps: sed par infimis esse uidearis. Tu denique artis militaris sciam ita pectalluisti: ut præclaris imperatoribus cũ ab aliis oĩbus tum a Ioanne Francisco Pascalico sapientissimo eloquentissimoq; senatore ascribendus esse censearis. Tametsi aũt probe scio te maioribus distringi negociis: q̃ ut huic opi legendo uacare possis: tamen siqd otii tibi unq̃ superit: cõplura in illo iuuenies sic enarrationibus nostris illustrata. ut facile percipi possint: quæ tuũ animum maxime delectabunt. Nihil est. n. quod ad rei militaris pitiam gloriamq; ptineat: cuius illustria exẽpla in Ouidii metamorphosi nõ habeant. Nã clarissima quæq; nõ bella modo: uerũ etiã prælia: Vt strategemata. Vt duces colloquia prætermittã: illo uerborũ lepore: illa elegantia describũtur: ut pleriſq; tibi iter legẽdum interesse uidearis. Iam ciuiliter uiuendi rationes unde facilius sumamus: auctorem inueniemus neminem. Ex iis. n. quæ statim in operis initio de mundi origine. Gigantum aduersus deos temeritate aliorumq; impietate narrantur: aperte colligimus deum mundi ipsius opificem fabricatoremque fuisse: ac eo in primis colendum atq; uenerandum. Eorum uero qui deo aduersantur omnia opera inania esse ac uana: Contraque eos qui pie iusteque uiuant: sic ubiq; tutos esse ut dei ipsius auxilio nunquã destituantur. Q uid namque Lycaonis in lupum transmutatio nobis aliud ostendat: q̃ teterrimis latronibus grauissima quæque a deo supplicia esse præparata. Q uid. Deucalionis & Pyrrhe liberatio ab illo diluuio: quo totus terrarum orbis fertur inundatus: nonne summam in pios iusticiæque ac religionis cultores præse fert dei benignitatem? Q uid Daphnes in laurum semper uirentem transfiguratione aliud nobis significari putandũ est: quã Virginibus pudoris sui sollicitam gerentibus curam immortalem glõriam esse præparatam? Q uid? Phaethontis casus nonne filios omnes admonet: ne unquam parentum consilia præceptaque contemnant? Reliqua uero non minus lepide q̃ utiliter de uirtutum uitiorumque exemplis descripta nonne contentiosis philosophorum disputationibus humanæ uitæ commo

diora fūt iudicanda? Iam præclara Heroū gesta concinne eleganterq; in hoc pulcherrimo opere enarrata: nonne ut principibus qui de humano genere bene mereantur: immortalē gloriam ppo- sitam esse testantur? Quis porro ut magnanimus ad magna gerenda nō excitetur: qui legat cū alios heroas: qua plures sint quidēq; ut obuiet possint numerantium Herculem illum non mo do eminentissimi cuiusq; poetæ carminibus celebratū: sed in deorum quoq; numerum publico omniū consensu fuisse translatum? Quis artem militarem ad quam gloriā te natū esse i dies ma gis magisq; reipsa declaras: non amplectatur: qui priscoꝝ Imperatoꝝ uirtutem & triumphos ab Ouidio iepsius me decantatos recognoscat? Sed quid de metamorphosi multa? Exēplar mihi ut semel dicā omnis humanæ & ciuilis uitæ esse uidetur. Adeo plane. adeo copiose quæcūq; non eruditū modo uerū dicendi quoq; & agendi peritū efficere possunt: a facundissimo poeta expli cantur. Nec inuria græci quis se omnibus aliis nationibus disciplinas tradidisse: ac nullius ipsi au xilio prius indigere uideri uelint: hoc tamen opus propter maximā rerū cognitu pulcherrimarū copiā e nostra lingua in suā omni studio interpretandū uertendūq; curarunt: ut perq; mirandū sit hactenus in tanta scripeoꝝ turba citra ullā accuratam expositionem apud nostros ita iacuisse: ut a paucis admodū perlegeretur: cū præsertim & uariam plenisq; in locis exposcat eruditionē: & in primis adolescentibus laudatarū artiū studio destinatis sit prælegendū. No solū. n. ueteres histo riæ quæ pp antiquitatē fabularū loco habentur: ex uetustissimis auctoribus collecte eleganter ab Ouidio describuntur: sed ita & geographiæ & astrologiæ & musicæ & artis oratoriæ. & moralis naturalisq; philosophiæ ratio exprimitur: ut cui Ouidii metamorphosis bene percepta sit: facilli mū ad omnes disciplinas aditū habituris. neq; difficultatis quicq̄ in illo fere poeticorū operum inesse uideatur. Quicqd. n. præclari Musæus Orcheus. Linus. Homerus Tyrtæus. He siodus. Panysis. Antimachus. Aratus. Pisandros. Nicander. Euphorion. Theocritus. Apolloni us q argonautica scripsit. Callimachus. Philetas. Mimnermus. Pindarus. Stesichorus. Alcæus. Si monides Ibycus. Bacchylides. Anacreon. Aleman. Sappho. Corynna. Archilochus. Ananias. Hipponax. Arion. Thespis. Phrynichus. Aschylus. Sophocles. Euripides. Ion. Acheus. Cratinus. Eupolis. Phœtecrates. Aristophanes. Menāder. Philemō. Philistion. Pherecydes. Herodotus. Diod. aliq; prisci & poetæ & historici litterarū monumentis cōmendarunt: id omne Ouidius i suum metamorpholin transfudisse uideatur. Quare & moribus adolescentū: & studiis rectius con sulturus: qui uerbosas nuperq; opas quæda lasciuora q̄ ut pueris sint exponenda præceptaq; facilli ma cōmentationes certatim emiserūt: si metamorphosin suscepissent enarrandā: cū præsertim uel elegiæ in quibus amores describuntur. nedū poemata in quibus turpia dictu affectant: ex Quin tiliani ista minime sint pueris prælegendæ: ne tenellæ adhuc mentes illo inquinentur affectu: q disciplinarū studiis maximus hostis a sapientissimo quoq; philosopho esse iudicatur. Ac ne quis me temere absta omniū fere ætatis nostræ grāmaticorū persuasione dissentire miretur: libet Quintiliani ipsius de iis quæ pueris sunt prælegenda: aduerbū describere præceptū. Cætera inquit ad monitione magna egent: in primis ut tenere mentes tractuæq; altius quicqd rudibus & olim ignaris inderent: non modo quæ diserta: sed uel magis quæ honesta sunt: discāt. Ideoq; optime instituti eluent ab Homero atq; Vergilio lectio moueret: quāq; ad intelligendas eorū uirtutes fir mior iudicio opus esset. Sed huic rei superest tempus: Nec. n. semel legentur. Interim & sublimi tate heroici carminis animus assurgat. & ex magnitudine rerum spiritū ducat. & optimis imbua tur. Vates tragœdiæ. aiunt & lyrici tamen in his non auctores modo: sed etiam partes operis eligent. Nam & græci licenter emulatur. & Horatium in quibusdam nolim interpretari. Elegia ue ro utiq; amat & hendecasyllaba & quibus sunt commata sotadeorum. nam de sotadeis ne admo nendum quidem est. Amoueantur si fieri potest. sin minus: ad firmitatis robur referuntur.

Hæc Quintilianus: ex quibus facile colligit eos adolescentū & studiis & moribus plurimū ob esse: qui ea quæ nec pueris sunt prælegenda: nec ulla indigent enarratione: ita exponunt: ut ifan tibus cibos nutrici cū more mandere uelle uideantur: perinde atq; si pueris discentibus: & non pu eros docentibus ithuimodi cōmenta scriberent. Quod si illoꝝ penuria laborarent: studio sis iuuenibus uelle consulere uideri possent. Nūc in tanta ferulitate: quid opus est in illa auctorum margnibus meulcare: quæ unusquisq; uel ultra primas litteras progressus de uno libro in alium fa cile transcribere possit? Huc accedit: quod ista ambitione plurima congerendi fere officia sua cō mentatores ithuit: ut ego quoq; uerbo utar: obliuiscant: ut pleraq; obscuriora auctoꝝ sensa: qd i primis aliquid exponere uolenti est necessariū: nequāq; enodentur: & quod turpissimū est: loca deprauata non solū non corrigantur: sed ut sunt corrupta: & legantur & exponantur: cū grāmati ci uel primū sit opus emendate legere: & quæ difficiliora uideantur: ita exponere: ut facile perci pi possint. Nunc isti suis ineptiis omnia confundentes: dū cōmenta sua nihil non uulgare omni busq; litteratoribus tritū ac penitus superuacuū continentia accuratis præstantū grāmaticorum enarrationibus inferantur: ac potius anteferantur: totiesq; libroꝝ margines manibus magis imple antur: pulchre sibi expositoris officio functi esse uidentur: cūctis quæ alias perspicua sunt uerborū multitudine obscurentur: & quæ difficultatis aliquid præse ferunt: aut puerile exponantur: aut si lentio inuoluantur. Quod si quid illoꝝ operū: quæ nondū a quoq; fuerunt enarrata: isti. Nobis parco uiuentiū, fuscipere exponendū: neq; sua laude fraudandi forent: & quum iudicio doctri naq; ualeant: facile possent ostentare. Nunc uero in tanta libroꝝ copia iis dūtaxat: quæ ab aliis re cte eleganterq; illustrata fuerunt: uulgaria quædam adnectentes quid aliud assequuntur: q̄ quod se non imperitos modo: sed uanos quoq; ac futiles aperte profitentur: & dum imperitis eruditi ui deri uolunt: ut Quintiliani uerbis utar: imperiti doctis uident. Ego uero ab istorū ambitione longe abrenus pauca admodū quæ necessaria uidebantur: in metamorphoseos expositionem de dixi: in primisq; illud curaui: ut cōplura locaq; falsorum correctoꝝ temeritate fuerant depra uata: corrigerentur: & quæ ineptiarū cuiusdā pessime de tam egregio opere menti interpositione insulsissime fuerant separata: connecterētur: itaq; omnia disponerētur: ut reddita sibi esse meta morphosis ipsa uideatur. Neq; diutius in uanis scriptorū opinionibus recenscendis fum imora tus: ubi præsertim poetam sic uni addictū esse animaduerti: ut ne ad alias quidē alludat: Si nāq; omnie quæcūq; de Ioue. Baccho. Hercule. Theseo aliisq; & dis & heroibus antiquis scribuntur: persequi libuisset: finis operi inuētus nō fuisset. Neq; inficias eo nōnulla ab Ouidio attingi: quæ mihi ignota esse nihil pudet inter exponendū fuisse professum: cū præcarum fabularum aliquid ignorare inter uirtutes grāmatici a Fabio habeatur: & ius scriptoribus ppauci admodum exteri: quos Ouidius sectatus esse uideatur: ut mihi uenia facile danda sit: si quædam enarrata reliqui. Vt enim nihil aliud studius profuerim: illud certe effecisse: ut multi quæ a me fuerunt prætermissa omni studio sint inquisituri: & commentationes suas quæ decem iam annos uel epistolis iacta tæ expectantur: tandem meis enarrationibus perfectis sint edituri. Quod enim hactenus nemo in Ouidii metamorphosin quicquam expositionis emisit: ignote quædam fabulæ in causa fuisse uidentur: quas quidem ut pulchrum esset non ignorare: sic propter illas tam egregiū opus ado lescentibus eloquentiæ studio destinatis non prælegere indignum esse uidebatur. Quamobrem tantum abest: ut me huiusce lucubrationis pœniteat: ut uel inde lætet Ouidii metamor phosin poeticorum operum lumen hactenus fere neglectum: meis potissimum operis sit fuisse il lustratam: ut facile & a me hoc mihi doctis percipi & ab optimis quibus ingenium una cum nomi ne tuo celebrari possit. Sed ne modum excedat epistola: iam poetæ uitam & quæ quoque libro metamorphoseos continentur exponamus: quo facilius quæ quis cognoscere cupiet extra lon-

gę inquisitionis laborem inueniantur. Vale tarissimum seculi nostri liberalitatis exemplum. Venetiis Nonis Septembribus. M. cccclxxxiii.

PUblius Ouidius Naso Salmoni quæ urbs est in pelignis ut ipse quoq; scribit: ex equestri Nasonum familia Mineruæ Quinquatribus natus est. xiii. Kalendas Aprileis Hirtio & Pansa consulibus qui bello Antoniano apud Mutinam in pugna ceciderunt. Cum fratre natu maiore clarissimis & grammaticis & rhætoribus Romæ operam dedit: ac ut patri magis optemperaret: q̄ quod illo studio delectaretur: legibus quidem incumbere cœpit. Sed cum pater int

Clytie in Heliotropium herbam.
Daphnis Ideus in saxum.
Scython in feminam.
Celmus puer in adamantem.
Crocos cum smilace in flores.
Salmacidis fontis natura.
Hermaphroditus cum salmacide nympha copulatus.
Mineides in Vespertiliones.
Ino Athamantis uxor in deam.
Viæ ad inferos descriptio.
Ino ad inferos.
Melicerta in deum marinum.
Comites Inus in saxa & aues.
Cadmus cum uxore in anguem.
Iupiter in aurum.
Persei gesta.
Guttæ sanguinis meduſæ capitis in serpentes.
Atlas in montem.
Andromeda Cero exposita.
Virgulta in coralia.
Andromedæ perseiq; nuptiæ.
Pegasus equus alatus e sanguine meduſæ.
Meduſæ capilli in serpentes.

¶ Quinti libri metamorpheseis.

Cephei Perseum oppugnantes in saxa.
Cephenum tumultus descriptio.
Phineus Cephei frater in statuam.
Proetus in lapidem.
Polydectes in saxum.
Hippocrenes fontis descriptio.
Pyrenes sacrilegum.
Muſæ in aues.
Pierides in picas.
Gigantomachiæ descriptio.
Iupiter in aretem.
Apollo in corium.
Bacchus in caprum.
Diana in felem.
Iuno in uacam.
Venus in piscem.
Mercurius in ibim.
Cereris laudes.
Proserpinæ raptus.
Pergusæ lacus descriptio.
Cyane nympha in stagnum.
Puer temerarius in stellionem.
Arethusa nympha in fontem.
Ascalaphus in bubonem.
Sirenes in aues.
Lynceus ex Scytharum in Lynca ferum.

¶ Sexti libri metamorphoseis.

Arachne in araneam.
Arachnes cum palladæ certamen.
Pallas in uetulam.
Telarum palladis arachneſq; descriptio.
Hemus & rodope in montes
Pygmæa in gruem.
Antigone in Ciconiam.
Gynare filiæ in saxa.
Iupiter in taurum.
Iupiter in aquilam.
Iupiter in cygnum.
Iupiter in Satyrum.
Iupiter in amphytrionem.
Iupiter in aurum.
Iupiter in ignem.
Iupiter in pastorem.
Iupiter in serpentem.
Neptunus in iuuencum.
Neptunus in Enipeum fluuium.
Neptunus in arietem.
Neptunus in equum.
Neptunus in delphinem.
Apollo in pastorem.
Apollo in accipitrem.
Apollo in leonem
Bacchus in uuam.
Saturnus in equum.
Niobe in marmor.
Niobes filiorum mors.
Amphionis exitus.
Lici rustici in ranas.
Marsias in fluuium.
Eburneus Pelopis humerus.
Tereus in upupam.
Progne in hirundinem.
Philomela in luſciniam.
Orythyæ raptus.
Zetes calais alati

¶ Septimi libri metamorphoseis.

Draconis dentes in homines armatos.
Iasonis in colchos expeditio.
Phinei calamitas.
Medeæ amores.
Tauri ignem efflantes.
Pernigilis Draconis sopor.
Aeson ex sene iuuenis.
Aridus oliuæ ramus in uiridem.
Guttæ aquæ in flores.
Nutrices Bacchi ex uetulis iuuenes.
Aries sænio confectus in agnum.
Peliæ cædes.
Cerambus in auem.
Draco in saxum.
Iauencus in ceruum.
Coæ mulieres cornutæ.
Telechines piſcibus omnia mutantes.
Hyries filius in Cygnum.
Hyriæ in lacunã.
Iambe in auem.
Fungi in homines.
Phineus in auem.
Periphas in auem.
Polyphemonis filia in auem.
Medea ad Aegeum.
Cerberi spuma in aconitum.
Thesei gesta.
Scironis latronis Ossa in scopulos.
Minois bellum in athenienses.
Sithonis in Monedulam.
Aegina insula quæ œnoa.
Aeaci filii.
Formice in homines.
Pestis descriptio.
Cephalus procris maritus in aliam figuram.
Vulpes & canis in saxa.
Procris mors.

¶ Libri octaui metamorphoseis.

Nisus in halyetum auem.
Scylla in Cirin auem.
Muri uocales.
Labyrinthi cretensis descriptio.
Ariadnæ coronain sidus.
Dædali uolatus.
Talus puer serræ circiniq; inuentor i perdicem
Dædalus ad cocalum.
Apri calydonii descriptio.
Atlantæ forma.
Altheæ fratres a meleagro cæsi.
Stipes in quo meleagri uita.
Meleagri mors.
Meleagri sorores in aues meleagridas.
Naiades in Echinadas insulas.
Perimele Nympha in insulam.
Oppidum in stagnum.
Iupiter cum Mercurio in homines.
Casa in templum.
Philemon cum Baucide uxore in arbores.
Proteus in uarias formas.
Metra erysichthonis filia in uarias figuras.
Erisichthonis impietas.
Famis patria.
Famis descriptio.
Fœdus Erisichthonis exitus.
Achelous in uarias figuras.

¶ Noni libri metamorphoseis

Acheloi Herculisq; lucta.
Achelous in anguem
Achelous in taurum.
Copiæ cornu.
Nessi centauri cædes.
Tunica a Deianira ad Herculem missa.
Herculis labores.
Lichas in scopulum.
Hercules in deum.
Galantis in mustelam.
Dryope in arborem.
Lotos nympha in arborem.
Iolaus senex in iuuenem.
Callirhoes pueri in iuuenes.
Deos quoq; fatis obnoxios esse.
Miletus mileti urbis conditor.
Byblis mileti filia in fontem.
Caunus Byblidos frater Cauni urbis cõditor.
Iphis puella in marem.

¶ Decimi libri metamorphoseis.

Orphei euricidesq; nuptiæ.
Orphei ad inferos descensus.
Atys in pinum.

Cyparissus in cupressum.
Orphei carmen.
Iupiter in aquilam.
Hyacinthus puer in florem.
Hyacinthia festa.
Propetides in saxa.
Cerastæ in tauros.
Statua eburnea in uirginem.
Myrrha Cinyræ filia in arborem.
Adonis in florem.
Hippomenes in leonem.
Atlanta in leænam.
Mynthe nympha in mentam.

¶ Vndecimi libri metamorphoseis

Serpens in saxum.
Orphei cædes.
Bacchæ thraciæ in arbores.
Midæ stoliditas.
Contacta a mida in aurum.
Harena pactoli in aurum
Midæ aures in asininas.
Cannæ uocales.
Apollo com Neptuno in homines.
Hæsionæ laomedontis filiæ liberatio.
Thetis in uarias formas.
Ceyx in auem.
Dædalion in accipitrem.
Lupus in saxum.
Alcyone in auem.
Somni domus descriptio.
Dei somni effictio.
Morpheus in homines
Phobetor in animalia bruta.
Phantasos in inanimata.
Morpheus in ceycem.
Aesacus in mergum.

¶ Duodecimi libri metamorphoseis

Serpens in saxum.
Iphigenia Agamēnonis filia in ceruam.
Famæ domus descriptio.
Prothesilai cædes.
Cygnus puer in auem.
Cæneus in auem.
Canis puella in matrem.
Pirithoi & Hippodamiæ nuptiæ.
Lapytharum Centaurorumq; prælium.
Periclymenus Nelei filius in uarias figuras.
Achillis mors.

¶ Tertiidecimi libri metamorphoseis

Aiax in Hyacinthum florem.
Armorum achillis iudicium.
Aiacis Oratio.
Artificiosissima ulyssis Oratio.
Hecuba in canem.
Polydori cædes.
Polyxenæ imolatio.
Polymestoris Trhaciæ regis exæcatio.
Memnonis cineres in aues.
Aeneæ in latium nauigatio.
Anii filiæ omnia suo tactu in frumētū, Vinū, oleumq; conuertentes in columbas.
Duo iuuenes ex rogi fauilla.
Iudex in saxum.
Siciliæ descriptio.
Scylla in monstrum.
Acis in fluuium.
Polyphemi cantilena.
Glaucus in deum marinum.

¶ Quartidecimi libri metamorphoseis

Scyllæ inguina in canes.
Cercopes in simias.
Sibylla in uocem.
Socii Vlyssis in porcos.
Socii Vlyssis in pristinam formam.
Picus in auem.
Pici comites in feras.
Canens pici uxor in loci nomen.
Diomedis socii in aues.
Apulus pastor in oleastrum.
Aeneæ naues in nymphas.
Natis in scopulum.
Ardea in auem.
Aeneas in deum indigetem.
Albani reges.
Vertumnus in uarias figuras.
Vertumnus in uetulam.
Anaxarete puella in saxum.
Vrbis Romæ conditores.
Aquæ frigidæ ex calidas
Romulus in deum.
Hersilia Romuli uxor in deam.

¶ Quintidecimi libri metamorphoseis

Calculi albi in nigros.
Numa ad Pythagoram.
Pythagoræ dogmata.
Pythagoræ sermo.
Pythagoræ metempsychosis.
Pythagoras in euphorbum.
Omnium rerum uicissitudinem esse.
Annus in quatuor partes.
Quatuor hominis ætates
Sperma hominis in hominem.
Ex quatuor elementis omnia fieri.
Omnia in quatuor elementa resoluis.
Terra in mare.
Mare in terram
Lyci fluminis natura.
Erasinus fluuius.
Caycus fluuius.
Amasenus fluuius.
Anigrus fluuius.
Hypanis fluuius.
Insulæ incontinentem.
Ex continenti insulæ.
Helice Burag; urbes submersæ.
Ex planicie montes.
Mira aquarum natura.
Crathis & sibaris fluuii.
Salmacidis fontis natura.
Aethiopiæ lacus.
Clitorii fluuii natura.
Lyncestius fluuius.
Arcadiæ lacus.
Ortygia insula ex mobili immobilis.
Symplegades insulæ olim instabiles.
Aetnæ montis incendium.
Homines in aues.
Scythicæ mulieres in aues.
Apes ex uitulis.
Quabrones ex equis.
Scorpius ex cancro.
Tineæ agrestes in Papiliones.
Limus in ranas.
Informis caro in ruruem.
Apes sine pedibus.
Aues ex Oui medio.
Hominis spinæ medulla in anguem.
Phœnix ex seipso.
Hyenā ferā modo marē. mō fœminam esse.
Mira chamæleontis natura
Lyncurium ex lyncum urina.
Coralium ex molli durum.
Gentium uicissitudines.
Troiæ ruina.
Sparta.
Mycenæ.
Athenæ.
Thebæ.
Romæ origo.
Hominem ex anima & corpore constare.
Numæ regnum.
Hippolytus in uirbium.
Egeria Numæ uxor in fontem.
Gleba in puerum.
Hasta romuli in arborem.
Cippo cornua.
Aesculapius in anguem.
Aesculapius romam aduectus.
Iulius cæsar in cometen.
Augusti laudes.
Metamorphoseos cōmendatio.



Raphaelis Regii in primum Metamorphoseos Ouidii librum enarrationes.

IN noua fert animus. Cōsueuerunt heroici poetæ in principijs statim operum suorum proponere quæ quibus de rebus sint toto opere tractanda: deinde inuocare certo loco narrare. Quorū quæ ea fere appositione cum inuocatione coniungitur. Eam consuetudinem Ouidius quoque hoc opere in multis seruat. Nā & breuissime ea de quibus è scripturus proponit: & deos ut sibi adesse velint rogat: & narrationem ab ipso mūdi principio ordiri dicitur. In noua. Est inquit multa animus de scribendi mutationes corporum in nouas & figuras. Hæc autem propositionesque summā eorum continentaque in toto opere tractanda & dociles attenti lectores efficiuntur. Fert animus cupit. Nam ferre inter alia significatia est etiam cupere. Mutatas formas. hoc est corpora in nouas formas figuras q̄ mutata. Est autē hypallage poetis frequentissima. Nā corpora in nouas formas rectius mutari dicūtur q̄ contra. Eleganter autem operis inscriptionem expressit poeta. Nā metamorphosis transformatio ac formæ mutationem interpretatur. Non abre aūt mihi uidetur esse factum. Si leporis eruditi Ioannis Caluensis grāmatici ocij obiter ocurrere cœpero: deq; breuiquo & legentes diuturnior adoneantur nos in apologis & recriminationē nostra quæcunq; ab isto obiecta fuerimus fuligq; ostensuros. & ad susceptam expositionem citius reuertamur. Insultus igitur ille qui se antea calfactorium nunc calfactorium uocare cœperit. a patre decepto ridiculē Calfactoria fuerit nuncupatus reprehendimus quod in prima horum commentationum editione quamplurisq; in locis corrūpendi sui maligniter curauerit. In secunda contra leges uniuersorum scripturā. & quod nusquam neq; apud ciceronem neq; apud Quintilianum inuenire sit quis illo frequenter dilecta utantur. Atq; hæc quidem primæ exultationis est summa. Perinde atq; si nihil nisi quo Cicero Fabiusq; usi fuerit grammatice loquamur. aut ego in enarrandis poetarum operibus oratores & non grammaticos mihi proposuerim imitandos. Duæ q̄ dē hæ dictiones e atq; conuersio & latine fiant & nulla compositionis ratione copulari ueranimum conuertio etiā oratores nedū grāmaticos poetasq; enarratores. aqui in infimo & q̄ uulgarissimo orationis genere uersantur passim usos esse uideamus. Quod si in meo de laudibus eloquentiæ panegyrico alia ne orationē ipso locutionis genere usus esse immemorio forsasse reprehēdi potuisse. quod uerba minus oratoria affectassem. In enarrationibus uero poeticis operis hoc est i infimo genere orationis cū & grāmatice & latine locutus fuisse dicar me nebulo ille reprehenderit doctorum sit iudex. sed ille uias inepte. fodelissimiq; erroribus reliqui in apologis nostram differat. ne sæpius cœpti expositionē interrumpe cogamur. Dū corpora. Deos inuocat qui earū mutationum auctores fuerūtue fibi ita fauere uelimus. quæ a principio mundi usq; ad sua tempora hæc facta sunt mutationes perpetuo carmine complecti possit. Nā uos mutatis & illas. Parenthesis est causam invocationis cōtinēs. Cū enim dicit huiusmodi mutationū fuerint auctores facile eas magnopere fatebimur suppeditare possunt. Est autē ordo. Nā & uos mutatis illas ne si dixeritis uos & nō alios fuisse auctores huiusmodi transformationum. Est enim emphasis qua plura innuimur. q̄ explicantur. Mutine uero imperitorum quorundā expositio est admitēda putantium deos in uarias figuras esse mutatos a poeta significari. Est sic ei oratiuandum. Nam uos mutastis uos & illas quo quidē modo sensus ex elegia sibi fas efficeretur. Perarte. nulla emphasis pulchra q̄ pilli & copiali apta demōstrat. Sed huiusmodi dicendi figuras ab aliis scriptorum floribus ingeniosq; carminibus non percipiuntur. Confirmat. affignat poetasq; merito se deos inuocasse ostendentem qui & non alii earum transmutationum sese proponat se ēe expolitores facturos auctores. Hac autē elegāti expositione oēs nō disertū solū sed aliarū quoq; rerum transmutationes cōprehendunt. Et. enim. Aspirate. Spiritum ac fauorem imitatrice. Est autē a uētis sumpta trāslatio q̄ dūtaxat uitā nela implēs aspirare proprie dicuntur. Vergilius. Aspirat primo fortuna labori. Prisq; ab origine mūdi. Prius pōt mundi creationē & conditionē. Sic & apta origine accipiendum est. nō quod secunda fuerit sed a prima origine. pgregie dicimus ea prima platonis prima parte platonis. Nā a chao sumit exordiū. quod in quatuor aut fuisse tradidit elementa. eaq; ex Platonem uero ac stoicos sequens. qui sentit mūdū initiū habuisse a deoq; genitū fuisse q̄d Aristoteles. Thales. Empedocles. Anaximenes aut Possidonius i meteoris. qui cōstat ex cælo & terra. & terrenis sed ethereis. & aquarum. Sunt qui cōstare existimant & hoibus. & igne bus q̄ horū gratia conditæ sit. Ab ortum uero tēporis mundi. q̄ graci κόσμον appellauerunt. Plinius ait. Ad meaq; ad mea tēpora. Illam. quæ posito usq; cū facile sub intelligi uoluerit in solutæ quoq; oratione non

ultimum detrusum fuisse propter grauitatem immobilitatemq; constet. Sed Ouidius scite recteque loquitur. Non enim infima loca sed ultima terrarū ab aquis occupata fuisse aiunt quidam opinionem hoc loco sequitur ut quidam aiunt quam ultimum elementum esse putauerit totum inundari terram ab aqua nō uidēs. Sed aqua ideirco ab inundatione totas terræ arcentur terrenis animalibus in primisq; homini loca non desint. Quod si hoc non fuisset aqua non minus quam undiq; totam terrā complecteretur. Id quod innuit Ouidius cum inquit. Solidumq; coercuit orbem. hoc est cōtinuit solidum & durum terræ orbem. Coercere enim ea non possemus undique ipsum complectere mur. Medium namq; omnium elementorum terram esse plerique primique Stoici affir mant. Vnde & mundi centrum esse phibe bat. Secubi disponam. Hoc loco & quatuor describit elementa & ea quibusnam quodq; ipsorum est institutum. Quisquis fuit. In mirari ignorare quisnam deorū ille fuerit q quatuor elementa distinxit. Secumseparauit ac diuisit. In membra redegit. In partes diduxit. Principio terram. Postequam inquit Chaos in quatuor elementa distinctum effecit ut undiq; terra foret rotunda: Variisq; rebus instrueret. Ne nō æqualis. hoc ē ut æqualis undiq; esset. Duæ enim negationes affirmationē cōstituūt. Glomerauit effecit in modum globi magni globi & pilæ: quæ ex omni parte sibi est æqualis. Glomerare enim est glomū globūue qui undiq; rotundus est efficere. Aglomerare ante in ac postea glomere. Namutroque modo declinatur ait. Priscianus: glomero uerbum deriuatur. Tū freta diffudit. hoc est maria mediterranea immisit. Nam freta propriē dicuntur maria angusta inter duas terras cōtinentia a feruendo deducta quos græci prothmos uocant. Tumescere. Insurgere in altum pelagus erigi. Rapidis uentis. Rapientibus. Omnia secum rapientibus. Iussit Volunt. ut Terentius. Iubeo cremetem saloere. Iubere autē proprie est imperare. Ambire terræ. Vndiq; a mari circundare. Littora autem proprie maris dicuntur. Nam latus efluat cēlus desinit quousque maximas fluctus a mari peruenit. idq; .ii. Tullium ait primum cōtribuisse cum arbiter electus foret. Stagna immensa. Maximas paludes. Cinxit. circundedit. Obliquis ripis. Non rectis. Ripæ autem proprie sunt fluminum. Vnde ripariæ hirundines dictæ quæ in fluuiorū ripis nidos faciunt. Fluminis declinia prona ac deorsum labentia. Quæ diuersa locis. Fluminum naturam describit. Nam quædam ab ipsa forbentur terra: quædam in mare deferunt. Campoq; recepta. Campus est terræ planities sed hoc loco pro æquore ponitur. Pro ripis littora pulsant. Percutiūt ac ut uerbo utar Plinii no lanciare. Eleganter autem littora a ripis distinxit. Littora namq; maris fluminū ripæ dicuntur. Iussit & extendi campos. hoc est terræ planicies dilatari. Subsidere valles. in ima descendere. Valles autem ea oblonga cōcauitas dicitur quæ est inter duos montes uicinos. Vnde uallicula diminutiuū deriuatur. Fronde tegi siluas. hoc est arbores in siluis nasci. est enim Synegdoche. Nam & a parte totum itelligimus: & singulare numerū pro plurali accipimus. Hanc uero figuram etiam in soluta oratione frequenter usurpamus. Tegi. cooperiri. Lapidosos surgere montes. hoc est montes saxosos in altum tolli. Mons enim nihil est aliud q̄ terræ tumor Vnde etiam montes tumuli dicuntur. Iussit autem uerbum est subaudiendum. Vtq; dextra cælum. Quousque Zonas & arcalis cælum secatur inquinque partes quibus distinguitur etiam terra. Earum duæ ultimæ frigore rigent. mediam sol uritu reliquæ inter frigus & calorem ita sunt temperatæ: ut in his. demū animantes habitare possint q̄ rerum altera in qua esse dicunt antipodes: nobis penitus ignoretur. Parte dextra. Quæ ad arcticum uergit polum pars dextra uocat poeta ut finistram ad antarcticum. Zonæ. Cingulus. Quita est [illegible] Quantam? poeta mediam uocat quam ideirco ardentiorem esse ait quod per eā sol decurrit. Onus incolumi. Emphasis est terræ. Nam terra quæ est ponderosa quinq; zonis continentur sic dicitur. Plagæ. Regiones. Quæ significatione comprehenditur primo syllaba quæ producitur. cum uniuersi signifi catur. Aestu. Feruore ac nimio calore. Totidem inter utrunque locauit. hoc est duas temperatas inter extremam & mediam collocauit. propterea ideirco sunt temperatæ quia & frigore participant & calore.

Vltima possedit: solidumq; coercuit orbem.
Sic ubi dispositam: quisquis fuit ille deorum:
Congeriem secuit: sectamq; in membra redegit
Principio terram: ne non æqualis ab omni
Parte foret: magni speciem glomerauit in orbis.
Tum freta diffudit: rapidisq; tumescere uentis
Iussit & ambitæ circundare littora terræ:
Addidit & fontes: & stagna immensa: lacusq;
Fluminaq; obliquis cinxit declinia ripis:
Quæ diuersa locis partim sorbentur ab ipsa.
In mare perueniunt partim: campoq; recepta
Liberioris aquæ pro ripis littora pulsant.
Iussit & extendi campos. subsidere valles.
Fronde tegi siluas. lapidosos surgere montes.
Vtq; duæ dextra cælum: totidemq; sinistra
Parte secant zonæ. quinta est ardentior illis:
Sic onus inclusum numero distinxit eodem
Cura dei: totidemq; plagæ tellure premuntur:
Quarum quæ media est non est habitabilis æstu
Nix tegit alta duas: totidem inter utrunq; locauit:
Temperiemq; dedit mista cum frigore flāma.

Terræ descriptio

Zonæ quinq

Imminet his aer. Nunc aerem ita describit ut omnia quæ in eo fiunt cōmentetur. Tanto est onerosior pōdere grauior. Illic & nebulas. In illo inquit aere & nebulæ cōsistunt & nubes. Eleganter autem inter nebulas & nubes differentiā signauit poeta. Nebulæ enim dicuntur uapores densi haud longe a terris aquisue recedentes. Nubes autem uapor est humidus in sublime egressus cuius densitate sol obnubratur. Ercam fulminibus. Fulmina quoq; inquit & nimbi frigora adducentes in aere generantur. Fulmen autem ignis est excussu nimborum elisus in terramq; delatus. Fulmineum uero multa sunt genera de quibus copiose Plinius scribit. Venius autem est impetus aeris in unā partem fluentis. Veneti uero principales sunt quatuor quos elegiter Ouidius describit. Omnis fere uentus frigidus est naturaq; ius auster qui per torridam zonam transit: calidus esse uideatur. Mouet. commouet ora ac temperatura. Vix nunc obsistitur illis. hoc est cum difficultate resistitur molitur uentorum: quamuis unicuique eorum propria loca fuerit assignata. Quod si totus aer illis fuisset permissus de rebus humanis actum foret. Suis flatibus. suos spiritus. Diuerso tractu. diuersis regionibus. Nam eurus ab oriente zephyrus ab occidēte. Auster a meridie. Boreas a septentrione flare dicuntur. Quin lament mundum. dissipent. ac discerrent. Tanta est discordia fratrum. Pulchra acclamatio. quali Vergilius quoque utitur. Tantæ molis erat romanā condere gentem. Veneti autem ideirco fratres dicuntur quod aurorę & Astræi gigantis filii fuisse finguntur. Eurus ad auroram. Quemadmodum singuli e principalibus uentis singulis mundi partes sunt sortiti: perspicue eleganterque describit poeta. Notus est autem mundum in quatuor partes distingui in orientem occidentem meridiem & septentrionem. Eurus autem ἀπὸ τῆς ἠοῦς hoc est ab aurora dicitur: qui latine dicitur vulturnus a continenti vulturis violata cui similis esse uidetur. Nabathæi regna orientalia. Nebath enim Ismaelis filius ut Iosephus in antiquitatibus iudeorum scribit. Vna cum suis decim fratribus suis omnē terrā ab Euphrate ad mare rubrū usq; politā tenuit. Nabathæumq; prouinciam nominauit. Vnde Nabathæa regna fuere appellata. Persidaq; Persis q̄ & persia dicit regio ē Indiæ finitima. Varius autē modis orientē inde efflat Eurus describit. Iuga subdita. Mōtes subiectos. Radiis matutinis. Radiis solis exorientis. Matuta enim dea esse cū aurora q̄ antecedit. Solē perhibetur. Vnde matutinus declinatur. Vesper & occiduo. Euro cōtrarius Zephyrus: quem fauonium quod fatis omnibus fauere latini appellant ab occidente. Proxima sibi zephyro. Zephyrus uentus est occidentalis ἀπὸ τοῦ ζᾶν φέρειν. hoc est a ferēdo sibi omnibus uita. Scythiq; septemq; triones. Boreas uentus est frigidissimus flans a septentrione. qui latine ab impetuoso aquilæ uolatu Aquilo nominatur. Scythia autem regio est ad septentrionem sita. Scythæ rege denominata. Septemq; triones. Prisca lingua triones boues dicebantur arationi. Septem autem stellæ ita in ea parte cæli sunt collocatæ ut palustrium cum bobus effingere uideantur: quæ & septentriones uocantur. & ab eorum septentrioni nomen impositum est. Non est autem hoc loco tmesis. ut quidam putant quæ ea temnis ut perite uocat cum bisyllaba dictio sit non trisyllabus. Sunt enim duæ dictiones quæ iunctæ quidē septentriones nomen efficiunt. Horrifer. horrorem ac frigus ferens. Contraria tellus hoc est meridionalis plaga septentrioni contraria. Pluuio austro. Auster uentus est calidus & pluuiosus a meridie flans: qui græce dicitur notus ἀπὸ τοῦ νοτίζω. hoc est. ab humiditate. Qui plura de uentis uidere cupit legat & Vitruuium & Plinium. & A. gelium & Senecam de quæstionibus naturalibus. Illi namq; placet uentos constituunt. Cæterū Ouidius Homerum Vergiliumq; est secutus qui singulis cæli regionibus singulos attribuunt uentos. Hæc ita per imposuit. Aeri inquitim quo uenti regnant superimpositus est æther. qui & grauitate & omni perturbatione caret. Vnde Lucanus pacem flamma tenet. Liquidum æther. purum ab omnique fece & perturbatione remotum. Aether autem ἀπὸ τοῦ αἴθω. hoc est ab ardendo dicitur: idem esse cum cælo a Ciceronē perhibetur. quo igneæ fœmæ cursus determinatos efficiunt. Vix ita iugulos. Cum primum inquit elementa sic fuere distincta ut superius est descriptum: stellæ quæ antea latuere totorum cælum illustrare cœperūt. Discreuerat. distinxerat. Vnde discreta homines a uulgo appellari ἐκφατικῶς. qui res diligenter discernere solent. Deus autem siue melior natura subaudiatur. Limitibus certis. hoc est certa finis & immutatis

Aeris descriptio

Qui tuor ūē uentorū regiōes

Aetheris descriptio

horrifer

bilibus. Sub ipsa massa sub ipso nec mos quod chaos prisci uocarũ. Presta sidera cõpressa ac coercita me spleu dorem iam emittere possent. Sidus autem latinum est nomen neque cum y greco scribendum ut quidam putant. Est uero sidus ad quod greci a Sposi uocant hoc est signum ex multis stellis compositum. Stellæ enim sunt singulares sicle neque cum alia multe quæ a greci πλανήται appellantur ut sunt planetæ. Sidera uero ex pluribus constat stellis ut Aries. Taurus. Cocinus ut Macrobius in somnium Scipionis scribit. Neu regio Animalibus ita munch partes fuerunt exornatæ ut dñ & altra cælum tenerent pisces maria sortirentur. Feræ terras occuparẽt. Volucribus aer sit assignatus. Neu pros & no. Orba priuata. Suis animalibus propriis ac ipsi conuenientibus.

Sidera

Astra tenent cæleste solum. Eorum sequitur opinionem qui aiunt sidera & deos esse animalia propter quod indefinitione hominum mortale apponi unt a stellis & dis quæ sunt immortalia distinguitur. Est enim homo animal rationale mortale. Solum autem est quodquidem aliquam sustinenat nauũ pisciumq; mare dicitur esse solum hominum uero terra. unum aer. sideruin ac deorum cælum. Unde enim natale solum patriam dicimus. & exulẽ qui ex patria sit expulsus. quasi extra solum sit eiectus. Cesserunt. propriedixit hoc est in dissonse oppugnarunt. Cedere namque interdum significat in uas alicuius uenire. ut hoc mihi cedit. id est in uas meum transit. Alius cedere est abire & locum dare.

Homis origo

Nudis pisibus. Spẽ dictis ob alludam lorionem. Terra feras cepit. id est Terra animalia bruta accepit. Feræ enim quamuis proprie pro iis animalibus quæ foras tantem habẽt accipiuntur ut sunt pardi. leones. tñ a poetis tamẽ frequenter pro omnibus brutis ponuntur. Feræ autem dictæ sũt quod toto corpore ferantur. Volucres. Aues a uolando dictæ. Volucris interdum est adiectiuum & animum significat ac uelox. Agitabilis aer. mobilis qui facile hinc atque illuc impellitur.

Aurea ætas

Aethera: nec quicq terrenæ fecis habentem.
Vix ita limitibus discreuerat omnia certis:
Cum quæ pressa diu massa latuere sub ipsa:
Sidera cœperunt toto fulgescere cælo.
Neu regio foret ulla suis animalibus orba:
Astra tenent cæleste solum: formeq deorum.
Cesserunt nitidis habitandæ piscibus undæ.
Terra feras cepit: uolucres agitabilis aer.
Sanctius his animal mentisq capacius altæ
Deerat adhuc: & quod dominari i cætera posset.
Natus homo est. siue hunc diuino semine fecit
Ille opifex rerum mundi melioris origo:
Siue recens tellus seductaq nuper ab alto
Aethere cognati retinebat semina cæli:
Quam satus Iapeto mistam fluuialibus undis
Finxit in effigiem moderãtum cuncta deorũ.
Pronaq; cũ spectent animalia cætera terram:
Os homini sublime dedit: cælumq; uidere
Iussit: & erectos ad sidera tollere uultus.
Sic modo quæ fuerat rudis & sine imagine tellus:
Induit ignotas hominum conuersa figuras.
Aurea prima sata est ætas quæ uindice nullo

Sanctius his animal. Vtinam sanctius animal aliquid hoc ex terræ limo ad imaginem & similitudinem dei fuit creatus siue a deo totius mundi opifice: quod nec rum esse constat siue a Prometheo Iapeti filio quod poetæ finxerunt. Sanctius his animal. Ferus. piscibus. & auibus nõ dus hominem sanctiorem perfectiorem q; accipimus. Altæ mentis. profundæ memoriæ ingenii q ingenii. Et quod dominari i cætera posset. Quod si reliqua imperium haberet. omnia enim potestati hominis deus subiecit. Ille opifex rerum. Periphrasis est dei. Nam deus rerum omnium est auctor. Seducta. separata. Cognati cæli. simul gub. Nam terra una cum cælo ex illo acerno quod chaos uocitarunt orta esse perhibetur. Qui satus Iapeto. hoc est Prometheus Iapeti filius. Qui si fuerunt, homines i falsum est hominem primum a Prometheo ex terra cum aqua commixta fuisse formatum. Sed cum fabula figmentum esse longe a ueritate abest. Finxit. formauit. In effigiem. In similitudinem & imaginem. Moderatum. regẽtium & gubernantium. Prona. q; cum spectent. Colligit hominem ad imaginem & similitudinem dei fuisse creatum: Cum enim alia animalia cornua sint ut terram. homo solus ore sublimi ad cælum q; erecto præditus esset deum ad cuius effigiem creatus est assidue cõtemplet. & cælis unde origine traxisse uideatur. Cælũq; uidere nolle. Sic Cicero in legibus. Cum cætera animantia abiecisset ad pastum. solum hominem erexit ad cæli cognitionem. Sic modo. Hoc inquit modo terra. & ex illa rerum congerie fuit educta. & homines antea sibi ignotos accepit. ex quorum uarijs moribus quatuor distinctæ sunt ætates. quæ a metallorũ nominibus fuerunt appellatæ. Sic modo. super. paulo ante. Sine imagine. sine forma & facie. Induit. accepit. Cõuersa. In pristinum eam quam habet cõmutata. Aurea prima sata est ætas. Ex uarijs hominum moribus quatuor ætates effectæ uidelicet aurea. argentea. ferrea. quæ a metallis nomina ipsorũ sortitæ fuere. Prima inquit aurea fuit appellata: qd optimis moribus absq; ullo pœnarum metu regeretur. homines floruerit. Secuda argẽtea. quod quo tpe cœpit regnare iniuria homines ceperit. & armis regnare. homines floruerit. Secuda argẽtea quod quo tpe cœpit regna re iniuria homines ceperit. & armis regnare. homines floruerit. Secuda argẽtea quod quo tpe cœpit regnare

bant.leniebant.fouebant ut neque nimio calore neque frigore arescerent. Nec renouatus ager. Tunc nimirum non opus erat agros renouare cum singulis quibusq; annis sine ullo cultu frumenta ferrent. Est autem noualis periphrasis. Nouale enim siue noualis. Vtroq; enim modo dicitur: aruum est quod alternis annis seritur ut plinius scribit. Canebat. canescebat & canus fiebat. Nam agri frumentis maturis quodam modo canescere uidentur. Grauidis aristis. Plenis granorum spicis. Aristas enim quae sunt partes spicae primu arescentes. Vnde & nomen sumpserunt pro ipsis spicis posuit. Iam flumina nectaris ibant. Nectar potio deorum suauissima esse dicit'. Flaua mella. a colore dicta. Flauus autem color: ut inquit Gellius ex uiridi albo & russo cõstat. Stillabant. guttatim cadebant. De uiridi illice. Speciem pro genere posuit. Nam illicem pro omni arbore accipimus. Illex autem arbor est glandifera Ioui consecrata. Ea uero enumerat poeta quibus primi illi homines uitam felicem uiuebant. Postquam Saturno. Aureae aetati quae saturnus regnauit subnectitur argentea in qua regnauit Iupiter: quae ut aurea deterior: sic est aenea melior. Primus autem omnium Iupiter uer illud aureae aetatis perpetuum in quattuor tempora commutauit. Ver aestatem. autumnum. hyemem. tumq; primũ calores atq; frigora aerem infestare coeperũt ideoque homines antra & speluncas pro domibus habitare atq; agros colere coacti sunt.

Argẽtea etas

Ver erat aeternum: placidiq; tepentibus auris
Mulcebant zephyri natos sine semine flores.
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat.
Nec renouatus ager grauidis canebat aristis:
Flumina iam lactis. iam flumina nectaris ibant.
Flauaq; de uiridi stillabant illice mella.
Postq̃ saturno tenebrosa in tartara misso:
Sub ioue mundus erat: subiitq; argentea proles
Auro deterior. fuluo precisior aere:
Iupiter antiqui contraxit tempora ueris:
Perq; hyemes aestusq; & inaequales autumnos:

Postq̃ Saturno. hoc est postq̃ mortuus est Saturnus. Nam illi mitti in tartara dicuntur qui moriuntur. Saturnus uero Vrani & Vestae filius auxilio Titanum fretus cum Ioue filio imperium orbis occupare congressus ab illoque Cretae regno pulsus ad Ianum Italiae regem confugit a quo benigne susceptus & in partem regni admissus urbem condidit in iis locis ubi nunc est Roma quam de suo nomine Saturniam appellauit. Loca sane edita uocari Saturnia in sicilia praesertim & italia. Diodorus scribit. Eo quod saturnus urbium arces locaque munitiora apud omnes occuparit. Saturnus autem est appellatus: ut Cicero scribit quod saturetur annis. Ex se enim natos idcirco comedisse fingitur: quia consumit aetas temporum spacia annisque praelia excogitauit ac primum terram omnem ditioni suae parentem saturniam nominauit. Aram deinde illi & sacra tanquam deo condidit: quae saturnalia uocauit obseruare igitur eum iussit maiestate religionis quasi uitae melioris auctorem. Simulacrum eius indicio ecciu facile insigne messis adiecit. Haec & multo plura de saturno Macrobius. Eorum autẽ sequitur opinionem poeta qui aiunt saturnũ a ioue filio regno fuisse pulsum & apud inferos relegatum. Tenebrosa i tartara. Tenebrarum plena. Tartarus locus est apud inferos profundissimus. Innuit autem Saturnum regem fuisse Cretae eoq; mortuum & ad inferos detrusum. Sub ioue mundus erat. Sub imperio Iouis: qui filius saturni & opis fuisse ac eodem partu cum Iunone editus perhibetur. A nymphis autem educatus cum adoleuisset contra Titanas ob captos parentes bellum gessit: illosq; liberauit. Patrem deinde quem uitae suae insidias tetendisse comperit regno expulit ad inferosque relegauit. Iupiter autem dictus est ut scribit cicero quasi iuuans pater quem conuersis casibus appellamus a iuuando iouem. A poetis pater diuum hominumq; dicitur: a maioribus autem nostris optimus maximus: & quidem ante optimus id est beneficentissimus q̃ maximus quia maius est certeq; gratius prodesse hominibus q̃ opes magnas habere. Est autem ordo. Iupiter contraxit tempora antiqui ueris. postq̃ sub Ioue mundus erat saturno misso in tartara tenebrosa. Contraxit. abbreuiauit. Antiqui ueris. illius perpetui quo aurea aetas est gauisa.

Perq; hyemes. Anni quattuor enumerat partes. Ver. aestatem. autumnum. hyemem. Hyems est ut Stoici definiunt aer supra terram algidus ab solis in anteriora processum. Aestusq;. aestatem. Est autem aestas imminens terrae aer calefactus solis cursu ad septentrionem uersus. Et inaequales autumnos. Scite. Nam autumnus modo frigoribus contrahitur. modo caloribus diffunditur idcircoque morbosus habetur. Fit uero autumnus solis recursu a nobis ad ea loca unde flant austri. Et breue uer. Illius perpetui comparatione uer breue dicitur. Est autem uer aeris temperies quando suo ad nos cursu sol agitur. Exegit. digessit. Quattuor spacia. quattuor mensium temporum. Singulae namque anni partes: ex tribus mensibus constant. Canduit. candens & igneus est uisus propter nimium aestum. Glacies astricta. constricta & congelata. Ventis. non omnibus sed borea aliisque frigidis: Ventorum namque frigore aqua in glaciem constringitur. Pependit. ab arboribus speluncarumque tegminibus est intelligendum. Domus antra fuerunt. Antrum latine spelunca dicitur. Et densi frutices. Inter arbores & herbas frutices medii esse dicuntur. Nam & minores arboribus sunt: nec hyeme ut herbae arescunt. Semina tum primum. Tunc primũ inquit homines coeperunt & arare & seminare. Cerealia semina. frumenta. Nam Ceres prima oĩum frumenta hoĩbus ostẽdit: q̃ antea glãde uescerentur. Pressique iugo. boues iugare & arare coepit Bryges Atheniensis: ut alii Triptolemus.

Et breue uer spatiis exegit quattuor annum.
Tum primum siccis aer feruoribus ustus
Canduit: & uentis glacies astricta pependit.
Tũ primũ subiere domos. domus antra fuerunt:
Et densi frutices: & iunctae cortice uirgae.
Semina tum primum longis cerealia sulcis
Obruta sunt: pressiq; iugo gemuere iuuenci.
Tertia post illam successit aenea proles
Saeuior ingeniis & ad horrida promptior arma:
Nõ scelerata tamen. de duro est ultima ferro.
Protinus irrupit uenae peioris in aeuum
Omne nefas: fugere pudor uerumq; fidesq;:
In quorũ subiere locũ fraudesq; doliq;:
Insidiaeq; & uis & amor sceleratus habendi.
Vela dabat uentis: nec adhuc bene nouerat illos:
Nauita: quaeque diu steterãt in montibus altis:
Fluctibus ignotis insultauere carinae.
Cõmunemq; prius: ceu lumina solis & aurae:
Cautus humum longo signauit limite mensor.
Nec tantum segetes alimentaq; debita diues
Poscebatur humus. sed itum est in uiscera terrae:
Quasq; recõdiderat: stygiisq; admouerat umbris:
Effodiuntur opes irritamenta malorum.
Iamq; nocens ferrum: ferroq; nocentius aurum:
Prodierat prodit bellum: quod pugnat utroq;:

Tertia post illam. Aerea aetas. quae & aenea dicitur argenteam est subsecuta: cuius homines bellicosi quidẽ erãt: procul tamen a nefariis sceleribus aberãt. Saeuior ingeniis durior asperior q̃ argẽtea foret. Horrida arma. horrorem incutientia. De duro est ultima ferro. Vltima aetas in qua nos quoque uersamur. a ferro metallorum durissimo propter feros mores est appellata. Nã relictis uirtutibus illius aetatis homines uitia ita sunt amplexi ut omne honestũ terras dereliquisse uideatur. Protinus irrupit. Cum impetu intrauit. Venae peioris. metalli deterioris. Nam uenae non tantum animalium dicitur sed etiam metallorum. Fugere pudor uerumque fidesque. Per haec omnes uirtutes ab hominibus fugisse dicuntur. Et uis. uiolentia. Et amor sceleratus habendi. Auaritiae est periphrasis: quae idcirco scelerata uocatur: q; hominem ad omne scelus impellit sceleratumq; facit. Vela dabat uentis. Probat homines ferreae aetatis auaritiae nimium studuisse cum imperiti nauigandi se tamen uentis quorum naturam ignorabant committerent. Nauita a naui idem est qui nauta. Quaeq; diu steterant. erectae fuerant. Insultauere ac saltus quosdam dedisse sunt uisae. Cõmunemque prius. Tunc primum inquit terra antea communis diuidi ẽ coepta. Cautus mensor. Callidus & astutus mensurator.

Aerea etas.

Ferrea etas.

Longo limite. longo termino. Termini enim quibus agri discernuntur. longiores sunt: quo profundius in terram defodiuntur. Nec tantum segetes. Non solum inquit fruges coacta est edere terra. sed lapilli quoque preciosi & metalla ex eius uisceribus sunt effossa. Sed itum est in uiscera terrae. In intimas terrae partes fodiendo descensum est. Admouerat. apposuerat. Stygiis umbris. Inferis. eorũ sequitur opinionẽ q̃ aiũt iferos in cẽtro terrae esse. Effodiuntur opes. Lapillos preciosos aurum & argentum opes appellat poeta. Irritamenta malorum. Incitamenta ac stimuli quidam ad mala perpetranda. Iamque nocens ferrum. Ex eo namque conficiuntur enses: quibus homines interimuntur. Ferrum autem in creta Hesiodus scribit inuenisse eos qui idei Dactyli uocati fuerunt. Ferroque nocentius aurum. aere. Nam propter aurum adipiscendum grauissima quaeque foedissimaq; scelera committuntur. Vnde Vergilius. Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Auri autem metalla & conflaturam cadmus phoenix inuenit ad Pangaeum montem. ut alii Thoas & eaclis in Panchaia aut sol oceani filius cui Gelius medicinae quoque inuentionem ex melle assignat. Quod pugnat utroque. & ferro & auro. Victoria namque ut Aristophanes inquit: solet in illis residere castris: in quibus plus auri pecuniarumq; habetur.

Sanguinea manu. sanguinolenta. Bello autem ut homini & manus & sensum per metonymiã attribuit poeta. Sic Vergilius. Furor impius intus Saeua sedẽs super arma & centũ uinctus aenis Post tergũ nodis fremit horridus ore cruento. Crepitãtia. resonãtia. Viuitur ex rapto. rapina. Nõ hospes ab hospite tutus. Hospitẽ rã q hospitio alii suscipit q suscipit appellamus. Gratia. cõcordia. Lurida. nigra. ab effectu qd nigra corpora eoꝝ q illa comederint efficiãt. Aconita. Venena. Nam aconitũ herba ẽ maxime uenenosa ex spuma cerberi canis primũ i cotibus nata. unde & nomẽ accepit. Nã ἀκόνη graece cotẽ significat. unde aconitũ ẽ deductũ. Terribiles nouercae. crudeles i priuignos. Nouerca aũt dicitur ut scribit Põpeius quia qs liberis sublatis nouã Vxorẽ ducit arceãdae familiae gratia. Inquirit i patrios annos. Verũ multos annos pater sit uicturus an paucos. Sortilegos filius cõsulit. Victa iacet pietas. superata iacet ab ipietate pietas contẽnit. Proprie aũt pietas dicitur cultus quẽ diis patriae parentibus sanguine coniunctis debemus. Iacet. In nullo ẽ precio. Virgo astraea. hoc ẽ iustitia q Astraei gigãtis filia fuisse dicit. Caede. sanguinis effusione Ab eo enĩ qd praecedit id qd sequit est itelligendum. Caedes uero praecedit & sanguinis effusio sequit. Neue foret terris. Gigãtes: uastissimorũ corporum homines terrae filii sine patre pedes serpentinos habentes non contẽti caedibus terras foedasse: in tantum furorẽ uenerunt ut e caelo Iouẽ pellere sint conati. Mõtes. n. montibus imponentes uiam sibi munierant qua iouem caelo detraherẽt. Sed Iupiter fulminibus & gigantes interemit: & mõtes in uarias orbis partes disiecit. Qui uero montium ceciderũt in mare insulae sunt factae ut Dionys ait. Qui aũt in terrã permansere montes. E terra autem gigantum sanguine madefacta nati feruntur homines sanguinarii ac caedibus maxime gaudentes: gigantes autem ut scribit Macrobius quid aliud credendum est fuisse q hoium quandam impiã gentem deos negantẽ & ideo aestimatam deum pellere de caelesti sede uoluisse.

Gigantomachia

Gigantũ sanguis i hoies crudeles

Lycaon in lupũ

Sanguineaq; manu crepitãtia concutit arma.
Viuitur ex rapto. non hospes ab hospite tutus.
Non socer a genero. fratrũ quoq; gratia rara est.
Imminet exitio uir coniugis. illa mariti.
Lurida terribiles miscent aconita nouercae.
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa iacet pietas: & uirgo caede madentes
Vltima caelestum terras astraea reliquit.
Ne ue foret terris securior arduus aether:
Affectasse ferunt regnum caeleste gigantes:
Altaq; congestos struxisse ad sidera montes.
Tum pater omnipotẽs misso perfregit olympum
Fulmine: & excussit subiectum pelion ossae.
Obruta mole sua cum corpora dira iacerent:
Perfusam multo natorum sanguine terram
Immaduisse ferunt: calidumq; animasse cruorem.
Et ne nulla suae stirpis monumenta manerent:
In faciem uertisse hominum: sed & illa propago
Contemptrix superum: saeuaeq; auidissima caedis.
Et uiolenta fuit. scires e sanguine natam.

Arduus aether. altum caelum. Affectasse. proprie dixit. Nam affectare significat aliquid nimiũ appetere quod assequi nõ possis repugnante natura. Olympũ. mõs ẽ macedoniae olympus altissimus iterdũ tamẽ p ipso caelo ponit. Vnde olympius iupiter fuit denominatus. Sex aũt olympi esse phibẽt Macedoniae. Thessaliae i quo ẽt olympia fuisse celebrata Apollodorus ait. Mysiae. Ciliciae. Elidis. Arcadiae. Excussit. quatiẽdo deiecit. Pelion ossae. Montes sunt Thessaliae notissimi. Obruta mole sua. Oppressa sua uastitate magnitudine ẽt pondere. Dira corpora. crudelia a deorũ ira missa. Vnde & dirae furiae dicũt. Natorũ sanguine. Nã gigãtes terrae filii fuisse dicũt. Calidũ animasse cruorẽ. hoc ẽ aĩam calido cruori immisisse. Et ne nulla. Et ut aliqua memoria suae plis maneret ac restaret. Duas enĩ negationes in affirmationem conuerti certum est. Monumẽta suae stirpis. Memoria suae prolis. Monumẽtum enĩ dicit quicquid ad posteritatis memoriã cõficit. Stirps autem cum prolem significat foeminini est generis. cum radicem truncumue significat. incerti. Vergi. imo de stirpe recisũ. Horatius stirpesq raptas & pecus & domos. In faciẽ hoiũ. In figurã hũanã ac deniq i hoies. nõ i similitudinẽ qdã putãd qd facile ex iis q inferũt colligi potest. Neq enĩ similes aut deorũ sunt cõtẽptrices. aut caedis auidissimae. aut uiolentae. Quare intelligamus terrã gigãtũ sanguine madefactã in hoies crudeles gigantumque similes fuisse conuersam. Sed & illa propago Contemptrix superum. Verum inquit etiã an illa progenies quae ex sanguine gigantum orta est impia fuit in deos ab omnique humanitate & aequitate aliena. Propago autem quae & ppages dicitur cum uitem uetulam terra obrutam significat ut ex una plures renascantur mediam producit syllabam Vergilius flexos propaginis arcus. Cum uero progeniem demonstrat corripit eam Verg. Si romana potẽs itala uirtute ppago. Hic fit ppagare uerbũ. qd significat uitẽ uetulã supprimere ut ex ea plures nouellae fiãt. Interdũ extẽdi gen' ac dilatari significat. Scires. Scire posses ex auiditate caedis ex gigãtũ sanguine genitã eẽ. Est aũt figurata locutio. A terra namq persona ad sedam eleganter fit trãsit'. Quae pater ut summa. Iupiter cũ eoꝝ hoium crudelitatẽq e sanguine gigãtũ nati erãt foret cõtẽplat' ac i primis terrã Lycaõis Ar

cadiae regis senitatem secum ipse cogitasset nõ minus indoluit q est in uniuersum genus humanum indignatus. Quare diis omnibus congregatis & consilium suum de perdendo genere humano & quae ab Lycaone mala passus fuisset exponit ac quẽadmodũ Lycaonẽ ipsum Arcadiae regem crudelissimum rapacissimumq in lupũ cõmutauit. Vt uidit. Postq uidit & contemplatus est. Summa arce. A summo caeli Vertice. Facto recẽti. Causa est cur nondũ uulgata essent teterrima Lycaonis conuiuia propter scelus nuper paulo ante commissum nondum erant cognita Lycaonis conuiuia Ioui apposita. Referens. animo reuoluens. Foeda cõuiuia. tetra & crudelia. Nam lycaon hospitio susceptos nõ solum interficiebat sed etiam conuiuis comedendos apponebat quod quidem cum Iupiter cognouisset sibique eius domum ingresso factas insidias comperisset & domum incendit & Lycaonem in lupum animal rapacissimum conuertit. Fuit & alius lycaon priami filius Pandari paterque ab achille fuit interfectus. Sane Lycaon απο Τοῦ λύκου qui lupum significat denominatus uidetur. Ingentes animos. maximas indignationes. Conciliumq; uocat. Consilium & multitudo dicitur ad consulendum congregata & ratio faciendae alicuius rei aut non faciẽdae: ut senatum & senios & senatus ipsum significat. Concilium uero multitudinem tantum significat ad cõsultandum congregatã. Est uia sublimis. Lacteum circulum describit p quem ad Regiam Iouis iter diis esse ait. Eum uero circulum graeci galaxiam uocant απο Το γάλακτος hoc est a lacte. Vnde & Latini lacteum appellarunt. Nam candidus esse uidetur. De quo si quis plura uidere cupit legat Macrobium in somnium Scipionis. Caelo manifesta sereno. Scite. Nam ut inquit Macrobius lacteus circulus unus ex oibus oculis nostris conspicitur. alii namque sola percipiuntur cogitatione. Candore notabilis ipso. Notam & uisu facilis ob illius candorem.

Lacteus circulus

Iouis oratio

Quae pater ut summa uidit saturnius arce:
Ingemit: & facto nondum uulgata recenti
Foeda lycaoniae referẽs conuiuia mensae:
Ingentes animos. dignas ioue concipit iras.
Conciliumq; uocat. tenuit mora nulla uocatos.
Est uia sublimis caelo manifesta sereno:
Lactea nomen habet: candore notabilis ipso.
Hac iter est superis ad magni tecta tonantis:
Regalemq; domum. dextra leuaq; deorum
Atria nobilium ualuis celebrãtur apertis.
Plebs habitat diuersa locis: a fronte potentes
Caelicolae clariq; suos posuere penates
Hic locus est: quem si uerbis audacia detur:
Haud timeam magni dixisse palatia caeli.
Ergo ubi marmoreo superi sedere recessu:
Celsior ipse loco sceptroq; innixus eburno:
Terrificam capitis concussit terq; quaterq;
Caesariem. cum qua terrã: mare: sidera mouit.
Talibus inde modis ora indignantia soluit.
Non ego pro mundi regno magis anxius illa

Magni tonantis periphrasis est Iouis. Deorum nobilium. hoc est clarorum. qui maiores gentium dii appellantur ut inquit Macrobius. Sunt autem duodecim numero. Et nomine quidem mulierum sex. Iuno. Vesta. Minerua. Ceres. Diana. Venus. Virorum autem nomine totidem. Iupiter. Mars. Mercurius. Neptunus. Vulcanus. Apollo. Atria. aulae. Celebrant. frequentantur. Valuis apertis. ianuis patentibus. Valuae autem dictae sunt quod dum aperiuntur in se reuoluuntur. Fores uero proprie dicuntur. quae foras aperiuntur. Plebs habitat diuersa locis. plebem uocat multitudinem deorum minorum. A fronte. In fronte lactei circuli potentiores inquit dii habitant ibique aedes suas collocauere. Videtur autem Ouidius alludere ad palatium Romanum in quo imperatores cum principibus habitabant. Si uerbis audacia detur. hoc est. si id asserere auderem. Palatia magni caeli. hoc est regiam caeli. Palatium namque unus est ex collibus Romanis. in quo magnificae imperatorum aedes conspiciebantur. Inde factum est ut amplissimas quasq aedes uulgus palatia uocet. Marmoreo recessu. i. interiore aedium parte marmoribus incrustata. Celsior ipse loco Sublimior ceteris. ut reges sedere consueuerunt. Sceptroq; innixus eburno. Sceptro ex ebore cõfecto inherens. Ex quo colligimus reges quoq apud antiquos nõ sedẽtes ut fere nũc sed stãtes p'ncipibus ac populis orationes habuisse. Sceptrũ aũt baculus ẽ quo prisci reges nitebant quibus nũc põtifices niti solent. Sceptrũ uero i primis Ioui attribuitur q rex sit hoium atq deorũ. Terrificã Caesariẽ terrorẽ icutiẽtẽ. Cõcussit terq; quaterq;. Saepius cõmouit atq agitauit. Hoc aũt habitu significat Iouem fuisse iratum. Crebra enĩ cõcussio capitis idignationẽ significat. Cũ qua. Magnã Iouis ostẽdit potẽtiã qui una cũ capitis motu uniuersum mũdũ cõmouit. Talibus modis. hoc mõ irat' atq idignatus Iupiter ẽ locutus. Nõ ego pro mundi regno. Hac oratione Iupiter ostendit genus humanũ dignũ esse quod perdatur cum dii quoq ipsi apud illum minime ab insidiis sint tuti. Nam Lycaon ipsũ Iouẽ deorum hominumq patrẽ interficere conatus ẽ. Attentos autem simul & beniuolos deos reddit & rei magnitudinẽ ostẽdẽs & aiũ suũ pro salute eorum anxium atq sollicitum esse demonstrans. Non ego pro mundi regno. Pro mundi regno Iupiter cum gigantibus grauissimũ bellum gessit eosq tandem in phlegreis campis superauit & ad iferos detrusit ut paulo ante diximus.

Quis anguipedū quisq; Gigantum. Num anguipedes dicti sunt gigantes quod anguinos pedes habere ut
decentur in quinto Fastorum Ouidius ipse narrat. Quod significat ut scribit Macrobius nihil eos rectum
nihil ingenium cogitasse totius uitæ eorum gressu atq; processu in inferna mergente. Centum brachia. centū
manus. Vnde & gigantes centimani a centum manibus uocantur. Alludere autem poeta uidetur ad Briareū
gigantem & comitem & gigen illius fratres: quos Hesiodus in Theogonia singulos centum manus habuisse
ait. Cælo ego nosq; capitū reddere cupiebant. Nam qq. Ratione assignat Iupiter eur magis nitc sit solutus
q cum gigantes cælo manus inicere conan
tes. Nam quis inq; gigantes uin essent so
lissent mihi tā bellū inisse cū toto homi
num genere sustinendi fuit? sed cum una so
lum gigantum gente. Ab uno corpore. ab
una hominum congregatione. Nam corpus
interdum p multitudinis cōgregatione ponit'
Et ex una origine. exponit id quod ab uno
corpore dixit. Ab una gigantum gente
Ioui bellum fuit indictum. De gigātum aut
origine uarie fit perfectum opiniones. Alii
namq; illos Titani & Terræ filios fuisse scri
bunt. Alii ex sanguine Titanoꝝ a Ioue iter
fectoꝝ e terra natos eē aiunt. Iosephus uero
in antiquitatibus Iudaicis contendit eos ex
cum demonū cum mulieribus fuisse pere
tos cui quidem opinioni & Lactātius & sera
historia astipulari uidetur. Nunc mihi qua
totum. Nunc inquit nō unū horum corpus:
sed totum genus humanum. prius mihi est
pdendum. Qua. quatenus & quousq;. Ne
teus. Deus est matinus sed pro oceano ponit
tanquā unū uersum circūit terram. Circumso
nat. Circunstrepit fluctibus. Per flumina iu
ro infera. Per stygem paludem iurat mortale genus totū esse perdendum. Stygis aūt nomē dii fallere metuebāt
ut ait Vergilius. Dii cuius iurare timent & fallere numen. Stygio luco. Nemori stygi paladi imineti. Cui
fas prius temptanda. O nimis inquit prius sunt experienda q genus humanū perdat. Sed mali tamē sūt. pdendi
ne boni pericliterentur. Sed immedicabile uulnus. Hac similitudine collat uniuersū genus humanū eē pdēdū
cū totum sit corruptum. Vt. n. corporis partes corruptæ solent pereadine reliquū corpus putrescat. Sic genus
humanū est pdendūne satyri: nymphæq; ac fauni hominū sceleribus iquinētur atq; infestentur. Immedicabi
le. insanabile. Pars syncera. integra ac sana & incorrupta. Trahatur. in putredinem & interpositam ducatur.
Argumentantur ait Iuppiter ab utili & honesto. Sunt mihi semidei. Quæ nā sit pars syncera cui timet Iuppi
ter ab humano genere exponit. Semidei. heroes alio nomine uocantur maiores. n. hominibus ac diis mino
res fuisse uident. Fauni. Satyri. Syluani dii habiti sūt rustici. Et nymphæ. Nymphæ uaria sut noia. Aliæ
nāq; dicunt Nereides q mare incolunt. Aliæ Naiades q fontes. Aliæ nupeæ quæ lucus & siluas. Aliæ oreades
quæ montes. Aliæ dryades. Aliæ amadriades q in siluis habitāt ut una aq; cū arboribus nasci moriq; dicūtur. ἅμα
nāq; simul & ἅμα δρυὶ ἅμα δρυὸς arboré & querū significat. Quos qñ cerli occurrit tacitæ obiectioni. Posset eni
quis dicere. Si times a genere humano semidei & nymphis & diis rusticis transferas ipsos in cælū ac genus hu
manū inter se debacchari permittas. Sic. n. sua stultitia finis superq; punieī. At inquit Iuppiter nōdū illos cēseo
dignos qui ecelum reripiantur. Dignamur dignos cēsemus. Sic Vergilius. Hau dequidem tali me dignor ho
nore. An satis o superi. Hoc argumento a maiori sumpto colligit genus humanū omnino esse perdendum
Nam si mihi inquit cui imperium est & decorū & hominū insidias struere lycaon feritate sua nouissimus e ausus
quo modo dii minores ab humano genere poterūt cē tuti? Habeoq; rogoꝝ. hoc e contineo & guberno. Grece
cum autē uerbum expressit. Nam ἔχω & habeo & contineo significat. Noxas. nobilis & famosus sua feritate

Confremuere oēs. Simul oēs fremuere & murmurauere facinoris immanitate cōmoti. Studiis ardentibus
inflammatis. uoluntatibus. Deposcunt. ad pœnā sūsumendum est. Sic eum manus impia sæuit. In Augu
sti gratiam hæc ab Ouidio referuntur. Vt inquit totum genus humanū Iulii Cæsaris indigna cede commo
tum eē quis in senatu ab ingratis impiisq; ciuibus fuit affectus: sic diu auditis Ioui structis insidiis in flāmari
fuit. Timeris de coniuratoribus & Iodus contra Augustum Cæsarē structis hæc mihi dicta ponit eē uidet'.
Sic. n. Ioui & deorū indignationi pulcherrime accomodatur hæc similitudo. Nam ut Iuppiter a lycaone ejus
insidiante non fuit interfectionis sic Augustus quidem a coniuratorū quoq; fuit oppressus. Cum alii autem
multi eius temporibus ut scribit Suetonius in Augustum coniurauissent. Telephus mulieris seruus no

menclator. Is eū quasi debita sibi fato dominatione & ipsum & senatū aggredi destinauerat. Quondam etiam
nocta cubiculum eius loca quedam ex illyrico exercitu ranuncius deceptus noctu deprehensus é cultro uenia
torio cinctus. inops ne mentis an simulata demētia incertum. Nihil eni experimi dissimulare potuit. Deinde ubi
Augusto structis ponus esse intelligēdum q de Iulio Cæsare cede facile ex ipsius Ouidii uerbis percipi potest.
cum iquit. Nec tibi grata minus pietas. Auguste puorū q fuit illa Ioui. Hoc uero ab illis fallaciosis hypocrite
no iudicioue forēs: nocidum erat. Mihi certe prior expositio, ut de Iulio Cæsare cede intelligamus: nō proba
tur. Manus impia. Impiorum cōiurationis multitudo. Nil feruginis & amplius. C. Cassio. M. q & Decimo Bruto principibus ut ce
fert Suetonius uri Iulium Cæsarem coniura
runt eumq; in senatu tribus & uiginti uulne
ribus trucidarunt. Sæuit extinguere. Sæ
uit ut extingueret poetica emphasis. Si
guine Cæsareo. Iulii Cæsaris cede. suæ pos
tis Augustus qui Iulii Cæsaris filius fuit adop
tatus. Arto nūlli inspectatū. Romanū nomē. Arto
quod Iulius Cæsar Augustusq; primus eius ge
tilis fuis clarissimū reddiderat. Nec nis grata
munus pietas. Non minus iquit Pietas pupi
li Romani qui nos insidiatores ultus est ubi
grata fuitq; Ioui deoq; id quod aq; cōcepe
runt. cū audissent insidias Ioui ipsi a lycaone
fuisse structas. Qui postq; uoce manuq; Ge
stū experiunt eos q filiū ultus. Cōperisse
cōspexerunt. Subsistit ut clamor, postq; cessauit
clamor iouis auctoritate cohibitus. Silentia
rupit. Iocutus é. Sic Vergi. Quid me alta silen
tia cogis rūpere? Ille qdē. Lycaon iquit ille
feritate cōspicuus pœnas dedit. Nam soluere
pœnas est pœnas & luere. Cælitiæ
dimittite. ipsū deposcēdā ad pœnā. Est ut pate
thesis. Quod tuné admissum. Quibus iquit
dederit pœnas Lycaon nuncio uos tā docere &
peccatū qd admisit & pœnam q fuit affectus.

Cōtigerat nostras. Narrat Iuppiter qualē
modū iquisturus hoium scelera e cælo delā
dit in terras: suscepto q humana figura orbē
terrarū peragrat. in hac tāde ad lycaonē Arcadiæ regē hospiter crudelissime interficiente puenerunq; ī lupū ab
eireo se ait cōmutasse. qd se quoq; interficere cōatus est. Infamia tpis. ignominia. Secula quo tertiuma quæq;
scelera cōmittebāt. Quam cupiens falsū. Deus. n. uult oēs homes bonos esse. Lustro peragro. circumeo. Ali
as lustrare est purgare & illustrare. Lōga mora est Enumerare. Lōga mora esset ingulā enumerare uelle qui
ubiq; sceleris inuenerim. Noxæ. Culpæ. scelera. Noxa. n. & culpa & scelus & malefacium significat. Vnde no xius
declinati uidet'. Sine noxa inter dū etiā pœnā significat. Vnde apud iurisco salios Noxæ dedere. hoc é pœnæ tra
dere ob damnū illatū. Vnde & noxales actiones ab illide appellāt quæ ex noxa atq; malefacio seruoꝝ adueniūt
dñis instituunt. Minor uero. eo quod nec erat. Maiora nāq; scelera & plura ab Ioue deprehēsa fuere q ferebat
Mænala trāsierā. Describit iter quo ad Lycaonē puenit. Mænalus ait mons est arcadiæ celeberrimus a Mæna
Io Arcadis filio denominatus. Latebris. lambulis. Et cum cyllene. Cyllene mons arcadiæ Mercurio dicatus.
Vñ etiā Cyllenius appellat'. Pineta. loca pinis cōsita. ut olineta. Lycæi. Mons est arcadiæ. Lycæus Pani sacer.
Et inhospita. inhospitalia. Arcadis tyranni. Lycaonis arcadiæ regis. Tyrānus quidē apud priscos et bo
no principe accipiebat'. Vergilius. Pars mihi pacis erit dextra tetigisse tyrannū. Vsus deide opprimendi
mū potuerē: qui dū tu crudeliter abuterē. Arcas sine & ppriū filii Callistus nomē é & gētile. Vñ Arcadius &
arcadicus deriuat'. Arcadia uero ab arcade Callisti filio denominata esse uidet'. Nā antea tum Pandosia. tum
Lycaonia. tū Gigāria. tū Azania. tum Pantasia inquit Stephanus qui de urbibus & populis diligētissime scrip
sit uocabatur. Traherent cū fera crepuscula nocte. hoc est cū adueī placeret. Traherent. adducerent. Secta cie
pusula. Crepusculum dicit' dubia lux. Nam creperus dubium significat. Vnde & decrepiti uoces dicunt ut quo
rum uita in dubio est constituta. Signa dedi. hoc é significatū me esse deum. Precan. colere ac uenerari. Pia
rum uota in dubio est constituta. Signa dedi. hoc é significatū me esse deum. Precan. colere ac uenerari. Pia
rum uota piorum preces. Mox ait experiar. Primo inquit Lycaon pietatem uotaq; me uenerabantur. audere cœ
pit. deinde periculum facere de tota diuinitate cogitauit. Discrimine aperto. manifesto periculo. hoc é expedito

Nec erit dubitabile uerum. Nemo inquit potest dubitare an deus sinat mortalis. Si est deus erit interfici potest. Sin homo fuerit facile perimetur. Nec opinatum inopinata. Nec cōcentus eo. Nec satis inquit ei ui fatis est nec uelle perdere nisi etiam nulla in cōmune carnes humanas partum clinias. patri tollas apposuisse. De gente molossa. Molossi populi sunt Epiri quibus bello uictis Lycaon obsides accepit: quorum unum iugulauit: ac ipsum Iouī apponere epulandum. Resolut. iperuit. Semineces artus. femineorum membra Et adhuc palpitantia. Mollit aquis. aquat & molla reddit. Quos simul imposuit mensis. Postquā ut humāe ille carnes nihil apposuit fuerit ego statim ades lycaoni in medio compai dignus quae in tam crudelem dominum ēuerterent. Cæ terum ipse territus in siluas aufugit: & in lupum ferinā sibi maxime cōuertens animal fuit commutatus. Vindice flamma. ultrice

Tecta dominam a parte enim totum intelligimus. Dignos penates. qui incenderentur cum tam sceleratum dominum pati possent. Territus incendio ædium perterritus.

Exulat. Valde ululat. Iam enim in lupum fuerat conuersus. Nam ululare: quod latinum est uerbum. luporum est proprium

Ab ipso Colligit os rabiem. Quia inquit loqui non poterat in rabiem actus est quam ab hominibus in pecudes trāstulit. Et nūc quoque quoties modum cum erat homo

In uillos abeūt uestes. In pilos inquit uestes mutatæ fuerunt. brachia autem in crura Sequi: lycaon in lupū fuit conuersus. Quod quidem dicto singulariq; lycaonis auaritiæ dedimus ex rapto tanquam lupus uiuebat. Auari namque lupi quique quam similem esse uidētur. Homines autem in lupos conuerti naturalis ratio ut sibi falsum esse contendit. Plinius Vnde tamen ista uulgo insita sit fama in tam tam uis in maledictis uersi pelles habeantur: ostendit cum inquit. Euantes inter auctores græciæ non spretus tradit Arcadas scribere ex gente Antei cuiusdam sorte familia ele sinus ad stagnum quoddam regionis eius. ducunesitaq; in quem ex dispensio transire atque ibire in deserta: trāsfiguratiq; in lupum & cum cæteris eiusdem generis congregari per annos nouem. Quo tempore si homine se abstinuerit reuerti ad idem stagnum: & eō transeuntem effigiem recipe ac pristinum habitū addito nouē annoꝝ senio. Addit quoq; fabius eandē recipe nec̄. Hæc uero plinius fabulosa esse putat. Et uetera. Adhuc inqt signa pristinæ formæ retinet. Nā eandē & cruciem & uultus violentiā habet. oculi præterea ipsi ut prius lucent ac demū eandē ferinā. q etiā penus exercet. Occidit una domus. Postq; Iupiter exēplo lycaonis offendit: terris scelerātus in foctis sint bōies: cōcitat totā genus humanū penitus et perdendū. Secq; poeta fabulā cū fabula ac mutationem cū mutatione connectit. Narrat enim. nunquam modo lapides a Deucalione & pyrrha post terga iacti partim in mares: partim in fœminas fuere conuersi. unde describit diluuium quo genus humanū fuit extinctū. Sed non domus una perire Cur inquit hominū domus sit euertēda non una. Vbiq; n. nefanda scelera perpetrāt. Fera erinnys. Ferinus impetus Erinnys. n. dicitur furia infernalis discordia cōtentioneq; gaudens. In facinus iurasse putes. Posses inquit putare cōes homines se mala perpetrandi cōiurasse. Facinus. scelusq; quis in bonum quoq; accipit putens. Dent ocius omnes pœnas. hoc est. Cito ac repente oēs puniantur. Dare & persoluere pœnas dicuntur qui puniuntur. Sic stat sententia. Talis est inquit sententia mea: ut omnes perdantur. Stat fixa est & immota. Est autem parenthesis. Dicta iouis. omnes inquit dii iouis sententiam partim uerbis. partim nutu approbauere. Affectibus. nutibus & manibus se iouī assentire significant. Iactura. perditio. Orbæ. penates.

Rogat. Interrogat iouem. Quis sit iustus in aras Thura. Quis sit dis sacrificaturus. Populandas.

An sit mortalis. nec erit dubitabile uerum.
Nocte grauem somno nec opina perdere morte
Me parat. hæc illi placet experientia ueri.
Nec contentus eo est. milli de gente molossa
Obsidis unius iugulum mucrone resoluit.
Atq; ita semineces partim feruentibus artus
Mollit aquis partim subiecto torruit igni.
Quos simul imposuit mensis: ego uindice flamma
In dominum dignos euerti tecta penates.
Territus ipse fugit: nactusq; silentia ruris
Exululat: frustraq; loqui conatur. ab ipso
Colligit os rabiem: solitæq; cupidine cædis
Vertitur in pecudes. & nunc quoq; sanguine gaudet.
In uillos abeunt uestes. in crura lacerti.
Fit lupus. & ueteris seruat uestigia formæ.
Canicies eadem est: eadem uiolentia uultus.
Idem oculi lucent. eadem feritatis imago est.
Occidit una domus: sed nō domus una perire
Digna fuit. qua terra patet: fera regnat erinnys.
In facinus iurasse putes. dent ocius omnes
Quas meruere pati (sic stat sententia) pœnas.
Dicta iouis pars uoce probat: stimulosq; frementi
Adiiciunt. alii partes assensibus implent.
Est tamen humani generis iactura dolori
Omnibus: & quæ sit terræ mortalibus orbæ
Forma futura rogant: quis sit laturus in aras
Thura. feris ne paret populādas tradere terras?

uastandas ac depræddādas. Sibi enim fore cætera curæ. Subaudiendum est ut uerisimile quod eloquenter infra infinuat prætermittitur locutione. Est autem parenthesis. Rex superū Iupiter. Origine mira. Quia lapides ut posthac patebit naturalium hominum fuere conuersi quod quidem maxime mirandum est. Iampe etc. Iamq; inquit Iupiter fulminibus genus humanum perdidisset nisi metus esset ne cælum quoq; terræ miscendo cōsilia ineretum præferens in fatis meminerit esse ut aliquando totus mundus igne absumatur. Quæ cum fulminibus sed aquarum inundatione genus humanū perdere decreuit. Iampe ſtatique. Sacri ether ſ

Talia quærentes (sibi enim fore cætera curæ)
Rex superum trepidare uetat: soboleq; priori
Dissimilem populo promittit origine mira.
Iamque erat in totas sparsurus fulmina terras.
Sed timuit ne forte sacer tot ab ignibus æther
Concipere flāmas: totumque ardescere axis.
Esse quoq; in fatis reminiscitur affore tempus:
Quo mare. quo tellus correptaq; regia cæli
Ardeat: & mundi moles operosa laboret.
Tela reponuntur manibus fabricata cyclopum.
Pœna placet diuersa: genus mortale sub undis
Perdere: & ex omni nimbos demittere cælo.
Protinus æolie aquilonem claudit in antris
Et quæcunq; fugāt inductas flamina nubes.
Emittitq; notum. madidis notus euolat alis
Terribilem picea tectus caligine uultum.
Barba grauis nimbis. canis fluit unda capillis
Fronte sedent nebulæ. rorant pennæq; sinusq;
Vtq; manu late pendentia nubila pressit
Fit fragor & densi funduntur ab æthere nymbi.
Nuncia iunonis uarios induta colores
Concipit iris aquas: alimētaq; nubibus affert.
Sternuntur segetes: & de plorata colonis
Vota iacent: longiq; perit labor irritus anni.
Nec cælo contenta suo est iouis ira: sed illum
Cæruleus frater iuuat auxiliaribus undis.

cum cæli. Tot diluuium. quæ opus esset ad totum terrarum cōburendum. Conciperet. cōtineret. Totas inquiens cæterum. Synecdoche est. A tot enim pars est cæli pro toto ponit cælo. Nam axis proprie illud est planū lignum circa quod nostræ uertuntur ad cuius similitudinem axis in mundi sphæra nocat etiam. cuius cacumē sphæra ipsi notatur: quibus contigui sunt duo poli qui & uertices dicuntur. quibus adnexi cæli nibulæ scribæ apud nos nomine sphæræ nuncupantur. arcticus & antarcticus siue borealis & australis. Esse quoq; in fatis. In dispositione fatorum. Alia ratio quadrennium est diuersum dio iupiter ne id euenire. quod in fatis esse sciebat ne uidelicet totus mundus conflagraret. Est autem fatum ut ita dixerim quædam rerum series per quam mundus administratur. Affore. affuturum esse. Et mundi moles machina mūdi. Operosa. multa opera Laborat. Labore & periculo propter incendium futura sit. Hoc autē maxime cum dogmate christiano conuenit. Non enī credimus mundum in nouissimo die conflagraturum Tela reponuntur. fulmina a Cyclopibus cōfecta. Cyclopes enim. Ioui fulmina confecisse dicuntur. Fuerunt autem populi Siciliæ unū in media fronte oculum habētes. Pœna diuersa. contraria. Diluuium enim mundo cō trasē. Nimbos. pluuias. Demittere. de Notū inquit. Protinus æolio. Statim ut quæ Iupiter claustra spelunca in ueteri qui inducunt fenestrarum multarum pluuias grandēq; emittit. In æolias antris. In æoli spelæa. Notum est autem Aeolum loquutes uentos filiū tepē et uentoꝝ. Hoc loco fit exposi dii. Quod qdē ideirco fictū ē qd ut plurī ut

Aeolus uentorū rationem inuenit. Cum enim septem insularum iuxta frenum siculum quæ ab illo Aeolia fuit cognominata. princeps esset ac ex nebulis & fumo Hiere insulæ ardentis uentos prædicere fumosque dictus est illos in sui habere potestate. Flamina a flando uenti flamina dicuntur. Madidis notus euolat alis. Eleganter auctori uenti describit effigiem. Sic enim apud poetas pingebatur. Alæ aūt uentis assignantur propter uelocitatē. Tectus nubium. hoc est tectum nubium habens. Est autem poetica fictio. Picea caligine. Nigris nubibus. Nam aether nubilosus est uentus. Barba grauis. plenis. Nimbis. pluuiis. Vndæ aquæ. Rorant. stillant in roris similitudinem. Vtq; manu late. Postq; inquit notas manibus uentis compressit maximæ pluuiæ esse coperūt. Fit fragor. strepitus propter terrarum fractarum. Densi nimbi uberes pluuiæ. Concipit Iris aquas. Iris nuncia Iunonis a poetis fingitur. interdum autem eram Iouis. Fit autem ut scribunt physici ex reflexione radiorum solis lunæ ac in nubibus pluuiæ tempore. Seminaque segetes. Frumenta. Segetes existentia in terram ab aquis deleuntur. Seges autem dicitur frumentum nondum adolescens. Sternere uero interdum. Terrum deiicet. Interdum significat cooperuit cum addicimus sternere mensam Vota deplorata. Spes uaide plorātas. cuius uanē uocē fruustra multi uotis & precibus expetūt. Colonis. agricolis. Immo. manus se fine ullo fluctu. Cæruleus frater. Peripthasis Neptūni. Auxiliaribus undis. auxiliū afferentibus ad perdendū genus humanū. Auxiliares aūt nubes propter dictum qui auxiliū ferunt.

Cōuocat hic amnes.ideos fluuiorū. A nnis eni fluuius dicitur ab fluēdo unde Varro ait quē oia flumina ebriaueēt
Vnde etiam corrupta purgantur. Tyranni fuit. Regis fui. Tyrannus nāq apud antiquos in bonam quoq; accepit
pcbatur partem. Vergilius. Pars mihi pacis erat dextram tetigisse tyranni. Hortamine hortatu. exhortatione.
Aperte domos. Fontes qui fluuiorum domus esse uidentur. Mole obstaculo. Fluminibus fluxibus. To
rrentibus. Trasfluuios ab equis siquidem aqui habentis uidebantur. Defrenato effrenato ac sine ullo retinaculo
Ipse. Neptunus. Tridente suo. Vt Iouis fulmen sic Neptunno tridens attribuunq; quo dum percutit terram
Conuocat hic amnes: qui postquā tecta tyranni
Intrauere sui. non est hortamine longo
Nūc ait utendum. uires effundite uestras:
Sic opus est aperire domos ac mole remota
Fluminibus uestris totas immittite habenas.
Iusserat. hi redeunt ac fontibus ora relaxant.
Et defrenato uoluuntur in æquora cursu.
Ipse trideute suo terram percussit. at illa
Intremuit. motuq; uias patefecit aquarum.
Expatiata ruunt per apertos flumina campos.
Cumq; satis arbusta simul pecudesq; uirosq;
Tectaq; cumq; suis rapiunt penetralia sacris.
Si qua domus mansit potuitq; resistere tanto
Indeiecta malo: culmen tamen altior huius
Vnda tegit: pressæque latent sub gurgite turres.
Iamq; mare & tellus nullum discrimē habebant.
Omnia pontus erat: deerant quoq; littora ponto
Occupat hic collem. cymba sedet alter adunca:
Et ducit remos illic ubi nuper ararat.
Ille super segetes aut mersæ culmina uillæ
Nauigat. hic piscem summa deprehēdit in ulmo.
Figitur in uiridi (sic sors tulit) anchora prato:
Aut subiecta tegunt curuæ uinctæ carinæ.
Et modo qua graciles gramen carpsere capellæ
Nunc ibi deformes ponunt sua corpora phocæ.
Mirantur sub aqua lucos urbesque domosque
Nereides: syluasque tenent delphines: & alsus
Incursāt ramis: agitataq; robora pulsant.
Nat lupus inter oues: fuluos uehit unda leones.
Vnda uehit tigres. nec uires fulminis apro.
Crura nec ablato prosunt uelocia ceruo.
Quæsitisq; diu terris ubi sistere possit
In mare lassatis uolucris uaga decidit alis.

Obruerat tumulos immensa licentia ponti:
Pullabantq; noui montana cacumina fluctus.
Maxima pars unda rapitur. quibus unda peperci:
Illos longa domant inopi ieiunia uictu.
Separat aonios actæis phocis aruis
Terra ferax: dum terra fuit. sed tempore in illo
Pars maris: & latus subitarum campus aquarum.
Mons ibi uerticibus petit arduus astra duobus
Nomine parnassus: superatq; cacumine nubes.
Hic ubi deucalion (nam cætera texerat æquor)
Cum consorte tori parua rate uectus adhæsit.
Coryciadas nymphas & numina montis adorant:
Fatidicamq; themin: quæ tunc oracula tenebat.
Non illo melior quisquam: nec amantior æqui
Vir fuit: aut illa reuerentior ulla deorum.
Iupiter ut liquidis stagnare paludibus orbem:
Et superesse uirum de tot modo milibus unum:
Et superesse uidet de tot modo milibus unam:
Innocuos ambos. cultores numinis ambos:
Nubila disiecit: nimbisq; aquilone remotis

Volucris uaga. Hirundinis est pēphrasis. Nam hirundines uagæ maxime uolare solent.
Nam uires fulminis apro. Tanto impetu apri uenatorem aggrediuntur ut ires fulminis similes his dicantur.
Ablato abrepto ab unde. Lassus. defatigatus. Obruerat tumulos. Cooperat montes. Obruere namq;
est aqua terrā ita operire. Tumuli uero montes dicuntur a tumore. Pullabant. Percutiebant. Nouæ fluctus.
Maxime utrum. Manifestatur. Montana cacumina. Montium fastigia.
Quibus unda peperci. hoc est. Qui submersi non fuerunt fame periere. Separat aonios. Topographia de
scribitur. Mons. Parnassus. Deucalion & Pyrrha. Prius
in eius cacumen fuit. Aliquantum ab undis re
manu Deucalion & Pyrrha se receperunt. Prius
dis regio fuit inter Dorium & Attica. Phocis
eo denominatum quia mons Parnassus diuidit
collibus eminēs conspicitur. Ab actæa arce.
ab Attica regione. Nam attica Actea itaque qđ
ἀκτὴ dicitur siue ab Actæone rege fuit appel
lata. Est namq; ita regio ac terra ferax fuit. Dein
dēnatur. Terra ferax. fertilis. Mons inde
Parnassus. Parnassus mōs est Phocidis a Par
nasso antiquissimo rege cognominatus. Vt
Parnassus. Parnassiades. Parnassius parnassi
& parnassides dicuntur. Prius it Larnassus
fuit appellat quod illuc Deucalion arca que
grece λάρναξ dicitur fuerit ap ultū. Prius
actea. Tendit in altum. Edera uersus. Duo
bus uerticibus. duobus cacuminibus quos
alterum Tithoreum. alterū hymettum ap
pellat Heredotus. Quamus Seruius Helico
nem & Cytheron. post quos Bœotiæ mon
tes esse constat longe a Parnasso distantes.
Parnassus autem tutus & Apollini & musis
Baccho est consecratus. Hic ubi Deucalion
Deucalionis Promethei filius uir integer
ac pius una cum pyrrha uxore diluuio fuga
lescente ad Cacumen Parnassi confugit ubi
post finitum diluuium themidem consulue
runt quo mō genus humanum reparare pos
sent. quibus Themis respondit id posse reparari si antiquæ matris ossa post tergum iecissent. Deucalon igi
tur esse coniectura. Nam lapides ossa terræ uidentur esse. quæ antiquissima rerum est mater. Qui igitur lapi
des a Deucalione iacti sunt post tergum facti in mares. Qui a pyrrha in fœminas fuere conuersi. Hoc autem idcir
co factum esse quod ut scribit Eusebius in Chronicis Regnante Atheniis Cecrope maxima aquarū illuuies ma
iorem partem populorum thessaliæ absumpsit paucis per refugia montium liberatis maxime in monte Par
nassum cuius circuitu Deucalion tunc regnū potiebatur qui tunc ad se omnibus confugientibus nactæ huius
fuisse perhibetur a summa parnassi longa fossura idoneo genus humanum ab illo fuisse reparatum narrat. Hic ubi.
Eleganter hic & ubi ita inuenimus ut ubi quod tum ubi & qđ grammatici locantur ad tria esse ut dicamus
dicamus. Tibi mortem gessit qđ sentiū tum pollicitus. tum qđ tum pollicitus fuis esset. Nam certe pareat
thesis est. reliqui inquit loca mare occupauerat. Cum coniugere tori. hoc est uxore. Nam uxor lecti nuptæ ob
sors est. Coryciadas nymphas. Coryciū antrum est Parnassi nymphis sacrū. Vnde Coryciades nymphæ dicte.
Est autem carmen paronomasia pro posse. tutus. Est etiam corycus ciuitas & urbs & mons & antrum ut supremus
nasitur. docuit. Est porro corycus. Vt Stephanus scribit. mons Ioniæ altissimus & portus & insula. est & pro
montorium Cretæ & portus Athenis pariter Coryci appellatus. Et nunc a nobis apollini bacchoq; nuncupatur
dicitur esse consecratus. Fatidicamq; themin. themin archana futurorum prænoscentē. Themin autem
dea fuit quæ ut aiunt Sextus Pompeius prænoscebat hominibus ut a dijs peterent id quod eis esset utile. et
nomen accepit. nam τὰ θέμις apud græcos ius ac iustum significat. Non illo melior quisquam. hac oratione
ut ostendat poeta Deucalionem & pyrrhā ob pietatē in deos quorum fuisse incolumes conseruatos. Iupiter
ut liquidis stagnare. postea quam iupiter uidit totū orbē terrarū sic aquis esse obsessum. ut nullus esset
ex hominibus solos Deucalionem & pyrrham superesse reliquos fluuius absumpsisset. ut serpentes
terræ serpentes apparent. Stagnare. fluuium & lacum esse est dicit. stagnum. quasi diuersum aquis non de
fluentibus. et pene. Vnigenis liquidæ priscis lacunisq; ac lamæ uocant. Superesse significauit. Innocuos ambos
tes innocentes. Nubila discussit nubes dissipauit. Nimbis aquilone remotis ab aquilone depulsis. Est magis

nemus nubila expellens me serenitatem inducem. Et cælo terras ostendit. eleganter. nam ira aquis tegebat
rumpit sese occultæ effert terræ. Cælo. acc. Ira maris. tempestas. Manet. permanet. perfitat perfecerit.
Tricuspide telo. per plurialis est ruderum. mea. tricuspides habet. unde & tridens dictus est. Mulcet aquas.
mitigat mare tumidum aquatorum. Rector pelagi. neptunus. Iunato murice. ingenita & naturali purpura. Murex. n. piscis ether. cuius sanguine purpureus conficitur color. Tectum humeros. hymegdoche poetica. Tectos. ad coopertos humeros habentem intelligimus. Cæruleum tritona. Cæruleum more propter
dicamus quicquid colore habet marin. Tritonas autem ferunt esse ministros Neptuni. cui mandat ut receptui canat. flatuq; repellat in fluctus fontes retinet. Concha. q; fornata. Triton pro tuba concha longiore utitur. Retinentem autem inanimum Tritones conchis canentes Plinius refert. Signo dato. facto signo ut redeant. Cana buccina. Describit cochlea qua pro tuba uti solet triton. Tortilis in latum. retorta in latitudinem. Quæ turbine crescit ab imo. quæ ab ore inguisto incipit & in amplum deinde turbinis similitudinem.

Buccina quæ in medio elegans & duplo sinu buccinæ latus exprimitur. Cum enim flatur comma lenebra resonant. Concepit ubi aera pulsq; inflari cepit. Sub utroq; phœbo. sole & oriente & occidente. Est autem hyperbole poetica. Aboriente enim ad occidentem tubæ illius sonum audiri affirmat. quod omnem excedit veritatem. Tum quoq; ut ora dixi hoc est. postq; non tritonis fuit admota. Retinentia. Iussos recessus. regressus fluvios. a Neptuno imperatos. Coercent inhibent & continuat. Iam mare lit' habet. quo paulo ante carebat. Subsident. diminuuntur & minus profunda fiunt. Postq; dicm longam. post longum tempus. Nudata foliis penuata atq; spoliata. Redditus orbis erat. hoc est. sibi ipi orbis restituus esse videbatur. Desolatas. destructas animantibus. O soror o coniunx pathetica est oratio & affectus plenissima. Deucalion maximo pere sibi Pyrrham demonst. Et patruelis origo. Deucalion & pyrrha patruelis fuerunt. nam Iapetus duos sustulisse filios dicitur prometheum atq; Deucalionem. & Epimetheum qui pyrrham genuit. Deinde torus lectus & impos. Erepta liberata ab hoc diluvio.

Miseranda. misericordia digna. Paterna arcibus. nam prometheus cum fuperius iam diximus terrā in imaginem hominis figura finxisset animam ex igne ei duxisse immisit. Infundere. immittere. Genus mortale. genus humanum. Sic usum est superius. primoq; ille. ille qui ut solemus. cum causam alicuius rei assignare nescimus. Hominum. exempla nouemus. exempla pro exemplaribus potuit. Exemplum enim quoddam fingimus aut intremus. Exemplar autem est ex quod alius simile faciamus.

Et cælo terras ostendit: & æthera terris.
Nec maris ira manet: positoq; tricuspide telo
Mulcet aquas rector pelagi: supraq; profundum
Exstantem: atque humeros inato murice tectū
Cæruleum tritona vocat: conchaq; sonanti
Inspirare iubet fluctusq; & flumina signo
Iam revocare dato. cana buccina sumitur illi.
Tortilis in latum quæ turbine crescit ab imo:
Buccina: quæ in medio concepit ubi æra ponto:
Littora voce replet sub utroq; iacentia phœbo.
Tum quoq; ut ora dei madida rorantia barba
Contigit: & cecinit iussos inflata receſſus:
Omnibus audita est telluris & æquoris undis:
Et quibus est undis audita coercuit omnes.
Iam mare litus habet. plenos capit alveus amnes:
Flumina subsidunt: collesq; exire videntur.
Surgit humus. crescunt loca decrescentibus undis.
Postq; diem longam nudata cacumina silvæ
Ostendunt limumq; tenent in fronde relictum.
Redditus orbis erat: quem postq; vidit apertum:
Et desolatas agere alta silentia terras.
Deucalion lachrymis ita pyrrham affatur abortis.
O soror o coniunx. o fœmina sola superstes:
Quam commune mihi genus & patruelis origo:
Deinde torus iunxit. nunc ipsa pericula iungunt:
Terrarum: quascunq; vident occasus & ortus:
Nos duo turba sumus. possedit cætera pontus.
Hæc quoq; adhuc vitæ non est fiducia nostræ:
Certa satis. terrent etiam nunc nubila mentem.
Quis tibi si sine me fatis erepta fuisses:
Nunc animus miseranda foret: quo sola timorem
Ferre modo posses: quo consolante dolores:
Namq; ego (crede mihi) si te quoq; pontus haberet:
Te sequerer coniunx. & me quoq; pontus haberet.
O utinam possem populos reparare paternis
Artibus: atq; animas formatæ infundere terræ
Nunc genus in nobis restat mortale duobus.
(Sic visum est superis) hominumq; exempla manemus.
Dixerat. & flebant. placuit cælestè precari

Per sacras sortes. per sacra oracula & deorum responsa. Cephisidas undas. cephisus fluvius est ad parnassum. dicens unde patronymicum sumunt poetæ. Et nondum liquidas nondū puras ac limpidas. sed limo turbidas. Sed iam nata fecibus. sed iam alneos. suos tenuitos. neq; ripis egredi solitos. Sed interdum tumere significat. Vnde fertas philosophos dictas esse Seruius ait quod propositum teneant. Virgilius. Ille ruit ac fertur ut ad naues. Inde ubi. postquam templa ingressi sunt. deosq; precati sunt quod nos quoq; facimus. aspersis aquis. aspergebatur quam cōsuetudinem Deucalion & Pyrrha diu supplicando seruasse. Libatos. libatos. Libatos liquores. libatos appellat. Ad delubra. ad templa. Nam delubrum modo simulacrum deorum modo templa significat. Sacræ dex. Themidis. Quæ fastigia. fastigium est altitudo ac fumositas cuiuscunq; operis. Turpi musco. Muscus herbula est minutissima. Ideas humidis nascens. Squallebant. squalida & deturpata erant. Scabra. aspera. Ignibus aræ. altaria sine sacrificio erant. Vt templi tetigere gradus. modum adorandi pulchre describit. Procumbit. Procidit. Pronus. Supplex. Remollescunt. mollia & mitia fiunt. Precibus iustis. Precibus iustorum hominum. Morsis rebus. defectis & oppressis. Sortemq; dedit oraculum & responsum quod subiungitur. Et uelate rite ac recte. Obstupuere. Admiratione. per longum tempus stupentes fuere admirati quidnam sibi vellet tale responsum. Rupit silentia. cœpit loqui. Pauido ore. Timido vultu.

Pauetq;. Quis timet. Causa est namque qua pyrrha merito unius videri semper.

Maternas umbras. matris animi. Repetunt. mente recolunt. Cæcis latebris. obscuris recessibus. Volutant. cogitant. Inde promethides. Deucalion prometheus filius. Epimethida. pyrrham Epimethei filiam. Mulcet. mitigat ac solatur. Sollertia. ingenium. prudentia. Proprie autem acumen ingenii ac velocitas sollertia dicitur. Nullis nefas. nullam impietatem. Suadent. monent. iubent. timeri. suadere proprie horrati significat. Magna parens terra est. recte colentium interpretamur est Deucalion. Nam terra merito magna parens dicitur. cum animalia omnia atq; animantes ex ea nascantur. Cōiugis augurio. matris vaticinio. Titania pyrrha Iapeti titanis neptis. Diffidunt. non credunt. Sed quid temptare nocebit. nisi subaudiatur. Velamina. caput. reponere. Ossa. ossa autem pedum signa dicuntur. sed frequenter pro ipsis pedibus ponuntur. Mitigant. iactant. Quis hoc credat. Parenchesis cum interrogatione admirationis plena. Id quod incredibile est: Verisimile tamen videtur. Cum. nisi postea testimonio nobis quoq; est credendū. Vetustas. antiquitas. quæ maxima est auctoritas. Hoc modo ideo fingitur quod Deucalio Rex thessaliæ post diluvium suis

Gracia fuit quondam rudes hoies ex saxo

moribus ac legib' instruxisse. quibus duricies ōnium ex saxo ferisse deprauare. Mollitus. mollia fieri. Ducere formā

Numen: & auxilium per sacras quærere sortes.
Nulla mora est. adeunt pariter cephisidas undas:
Et nondum liquidas: sed iam vada nota secantes.
Inde ubi libatos irrorauere liquores
Vestibus & capiti: flectunt vestigia sacræ
Ad delubra deæ: quorum fastigia turpi
Squallebant muscō: stabantq; sine ignibus aræ.
Vt templi tetigere gradus: procumbit uterque
Pronus humi: gelidoq; pauens dedit oscula saxo:
Atq; ita. si precibus dixerunt numina iustis
Victa remollescunt. si flectitur ira deorum:
Dic themi qua generis damnum reparabile nostri
Arte sit: & morbis fer opem mitissima rebus.
Mota dea est: sortemq; dedit. discedite templo:
Et velate caput: cinctasq; resoluite vestes.
Ossaq; post tergum magnæ iactare parentis.
Obstupuere diu: rupitque silentia voce
Pyrrha prior: iussisq; deæ parere recusat.
Detq; sibi veniam pauido rogat ore: pauetq;
Lædere iactatis maternas ossibus umbras.
Interea repetunt cæcis obscura latebris
Verba datæ sortis secum: intra seque volutant.
Inde promethides placidis epimethida dictis
Mulcet: & aut fallax ait est sollertia nobis:
Aut pia sunt: nullumque nefas oracula suadent:
Magna parens terra est. lapides in corpore terræ
Ossa reor dici. iacere hos post terga iubemur.
Coniugis augurio quid tentamus mota est:
Spes tamen in dubio est: & adhuc cœlestibus ambo
Diffidunt monitis. sed quid temptare nocebit:
Discedunt: velantq; caput: tunicasq; recingunt:
Et iussos lapides sua post vestigia mittunt.
Saxa (quis hoc credat nisi sit pro teste vetustas:)
Ponere duriciem cœpere suumque rigorem:
Mollirique mora: mollitaque ducere formam.
Mox ubi creverunt: naturaq; mitior illis
Contigit: ut quædam sic non manifesta videri

Forma potest hominis: sed uti de marmore cœpta
Non exacta satis: rudibusque simillima signis,
Quæ tamen ex illis aliquo pars humida succo
Et terrena fuit: uersa est in corporis usum.
Quod solidum est: flectique nequit: mutatur in ossa:
Quæ modo uena fuit: sub eodem nomine mansit.
Inque breui spatio superorum numine saxa
Missa uiri manibus faciem traxere uirorum.
Et de fœmineo reparata est fœmina iactu.
Inde genus durum sumus experiensque laborum,
Et documenta damus qua simus origine nati.
Cætera diuersis tellus animalia formis
Sponte sua peperit: postquam uetus humor ab igne
Percaluit solis: cœnumque udæque paludes
Intumuere æstu: fœcundaque semina rerum
Viuaci nutrita solo ceu matris in aluo
Creuerũt: faciemque aliquã cepere morando.
Sic ubi deseruit madidos septemfluus agros
Nilus: & antiquo sua flumina reddidit aluo:
Aethereoque recens exarsit sidere limus:
Plurima cultores uersis animalia glebis
Inueniunt: & his quædã modo cœpta ipsum
Nascendi spatiũ: quædã imperfecta: fuisque
Trunca uidẽt humeris: & eodem corpore sæpe
Altera pars uiuit: rudis est pars altera tellus.
Quippe ubi temperiem sumpsere humorque calorque:
Concipiũt: & ab his oriuntur cuncta duobus,
Cũque sit ignis aquæ pugnax: uapor humidus omnes
Res creat, & discors concordia fœtibus apta est.
Ergo ubi diluuio tellus lutulenta recenti
Solibus ætherei altoque recanduit æstu:
Edidit innumeras species partimque figuras
Reddidit antiquas, partim noua monstra creauit,
Illa quidẽ nollet: sed te quoque maxime Python
Tum genuit: populisque nouis incognite serpens

Mirror

Minior mollior.

Marmor

Anima lium origo

Nilus

Python

Terror eras, tantũ spatii de monte tenebas.
Hunc deus arcitenens & nunquã talibus armis
Ante nisi in damis capreisque fugacibus usus:
Mille grauem telis exhausta pene pharetra
Perdidit effuso per uulnera nigra ueneno.
Ne ue operis famam posset delere uetustas:
Instituit sacros celebri certamine ludos:
Pythia perdomitæ serpentis nomine dictos:
Hic iuuenũ quicunque manu pedibusue rotaue
Uicerat: æsculeæ capiebat frondis honorem.
Nondum laurus erat: longoque decentia crine
Tempora cingebat de qualibet arbore phœbus.
Quisq in se traxit crimen Olenos quidam lethaeam duxit uxorem eximia pulchritudine adeo superbãm se deabus preferret. Cateꝙ dee iram ꝯ de lethea supplicium sumere uellent: olenus i se culpã uxoris trãsferre conatus una cũ illam lapidẽ fuit consertus. Humida ide. fontibus abundantia Nã ida phrygia multis fontibus irrigatur. Impositabyssus paludis. Cereris fl. mutatione ullo cibo. Pulsisq; aquilonibus Haemũ. Mõs ẽ thraciae horrens boreæ obnoxius. Animũ pietequo.in hoc ẽ pulchra terminatũ ni pisces zodiaci ultimũ operiõrt locũ an hiemis tempus. Significat igit rei tẽporis ꝓgressũ. Auctor nauiferæ. Construxit ẽ est graeca. Transferendus. Inane dicere. Collis erat locũ declivis. Cum ebria ubi cæteris orpheus a Bacchis fuit discerptus.

Olenus & lethaea in lapides

Duo gênus uates orpheus apollinis & calliopes musæ filius. Locum in locũ. Verg. Ie clamor cælo.

Chaonis arbor quercũ dicit. Nã quercus arbor est glandifera q̃ in chaonia epiri regione a chaone dicta copiose parent. auct. in. 3. geogrõn. Ver. Si uetus manere tellus Chaoniam pingui glãdẽ mutauit arista. Chaon autẽ frater fuisse helenꝰ scribitur: quem cũ helenus ipse per in prudentiam occidisset: regionem cui imperabat chaoniam ab illius nomine uocauit. cum antea molossia appellaret. Vnde Verg. Morte nepotelemi regnorum redditus esse. Pars helenoq; chaonios cognomie cãpos. Chaoniamq; omnem trotinoa chaone dixit. Plinius autem chaoniam a chaonibus populis denominatam esse scribit. Non nemus heliadum. Populi in quas sorores Phaethontis cõuersas fuisse i fecũ dorolamine poeta narrauit. Heliadum solis filiarum. Helios enim sol dicitur. Aesculus arbor est glãdifera ioui dicata. Et intruba laurus. Virgo. da pinee enim quam in laurum conuersam legimus: nunq; imbere uolum. Enodis abies sine nodis.

Expleta annis genialis. genio ac uoluptati dicata. foliis enim ætate solem auertit hyeme uero admittit ut Plinius scribit. Acerq; acer arbor est nauis distincta colonibus. Vnde acernæ mensæ post cetera in precio apud priscos fuisse scribuntur. Amni colæ salices. Inuia fluuios nascentes. Sulci autem arbor est notior quam ut hoc loco sit describenda.

Et aquatica lotos. Arbor est lotos loco humidis gaudens. Vnde & aquatica uocat a poeta. Et fert siluestrem fructum in Affrica præsertim. Vnde lotophagi populi fuerunt denominati. Est etiam lotos herba quam inter primas deorũ uoluptati nasci Homerus ait. Tenuesq; myricæ. Humiles. nõ multum ad terras. Vnde & Virgilius in bucolicis humiles myricas appellat. Et bicolor myrtus. Arbor est myrtus Veneri dicata. Baccis. Immaturos fructus baccas uocat poeta. Pampineæ uites. Pampinas & folius uineæ. Ornoq; & piceæ. Arbores sunt mõtanæ omnes & picea. Sane boreas cum aspiratione harum arborum intelligitur. Arbutus. arboris ẽ species arbutus haud uulde crescens. Poma rubẽ. ꝙ pomis rubicundis. Et læte palmæ. Flexibiles.

Victoris præmia. Adeo palmæ victoris præmia dicuntur quod victores palma coronentur palmæ enim nunquam omni cedunt qui uincant. Hostibus cedere non uidentur. Et succinctæ comas. Succinctas & altas habens comas & frondes. Nam pinus in uertice solum frondes emittit.

Quam natura prior: saxo per corpus oborto.
Quicq; in se traxit crimen: uoluitq; uideri
Olenus esse nocens. tuq; o contenta figura
Infelix lethæa tua: iunctissima quondam
Corpora. nũc lapidẽ quos humida sustinet ide.
Orantem: frustraq; iterum transire uolentem
Portitor arguerat. septem tamen ille diebus
Squalidus in ripa cereris sine numine sedit.
Cura dolorq; animi lachrymeq; alimenta fuere.
Esse deos herebi crudeles questus in altam
Se recipit rhodopẽ: pulsumq; aquilõibus hæmũ.
Tertius æquoreis inclusum piscibus annum
Finerat titan: omnem que refugerat orpheus
Fœmineam uenerem: seu q; male cesserat illi:
Siue fidẽ dederat. multas tamen ardor habebat
Iungere se uati. multæ doluere repulsæ.
Ille etiam thracum populis fuit auctor amorem
In teneros transferre mares: citraq; iuuentam
Aetatis breue uer & primos carpere flores.
Collis erat: collemq; super planissima campi
Area: quã uiridem faciebant graminis herbæ.
Vmbra loco deerat: qua postq; parte resedit
Diis genitus fates: & fila sonantia mouit:
Vmbra loco uenit. non chaonis abfuit arbor.
Nõ nemus heliadũ. nõ frondibus æsculus altis:
Nec tiliæ molles: nec fagus: & innuba laurus:
Et coryli fragiles: & fraxinus utilis hastis:
Enodisq; abies: curuataq; glandibus ilex:
Et platanus genialis: acerq; coloribus impar:
Amnicolæq; simul salices: & aquatica lotos.
Perpetuoq; uirens buxus: tenuesq; myricæ
Et bicolor myrtus: & baccis cærula ficus.
Vos quoq; flexibiles hederæ uenistis: & una
Pampineæ uites: & amictæ uitibus ulmi:
Ornoq; & piceæ: pomoq; onerata rubenti
Arbutus: & lentæ uictoris præmia palmæ
Et succincta comas hirsutaq; uertice pinus
Grata deum matri: siquidem cybelius atys
Exuit hæc hominem: truncoq; induruit illo.

Affuit huic turbæ metas imitata cupressus:
Nunc arbor, puer ante deo dilecta. ab illo:
Quã cathaam neruis & neruis temperat arcũ.
Nãq; sacer nymphis cantibus ten entibus arua
Ingens cerui erat: lateq; patentibus altus
Ipse suo capiti præbebat cornibus umbras.
Cornua fulgebant auro: demissaq; in armos
Pẽdebant tereti gemmata monilia collo.
Bulla super frontem paruis argentea loris
Vincta mouebatur: pariliq; ætate nitebant
Auribus e geminis circum cana tẽpora baccæ.
Vsq; metu uacuus: naturaliq; pauore
Deposito celebrare domos: mulcendaq; colla
Quam libet ignotis manibus præbere solebat.
Sed tamen ante alios cæsa pulcherrima gentis
Gratus erat cyparisse tibi. tu pabula cerui
Ad noua tu liquidã ducebas fontis ad undas.
Tu modo texebas uarios per cornua flores.
Nunc eques in tergo residẽs huc lætus & illuc
Mollia purpureis frenabas ora capistris.
Aestus erat: mediusq; dies. solisq; uapore
Concaua letore feruebãt brachia cancri.
Fessus in herbosa posuit sua corpora terra
Cernus: & arboreã frigus ducebat ab umbra.
Hunc puer imprudẽs iaculo cyparissus acuto.
Fixit: & ut leuiter pro materiaq; doleret
Admonuit. gemit ille tamen: munusq; supremũ
Hoc petit a superis: ut tempore lugeat omni.
Iamq; per immensos egesto sanguine fletus
In uiridem uerti cœperunt membra colorem.
Et modo qui niuea pendebant fronte capilli:
Horrida cæsaries fieri: sumptoq; rigore
Sidereum gracili spectare cacumine cælum.
Ingemuit: tristisq; deus lugebere nobis:
Lugebisq; alios: aderisq; dolentibus inquit.
Tale nemus uates intrauerat: atq; ferarum
Cõcilio medius turba uolucrumq; sedebat.
Vt satis impulsas temptauit pollice chordas:
Et sensit uarios: quis discrta sonarent:
Concordare modos: hoc uocẽ carmine mouit:
Ab ioue musa parẽs (cedant ioue ora regno)

Grata deum matri. Cybelæ. Si quidẽ cybelenus atys. Atys enim eximia pulchritudine puerum dea mater erat in fastis scribit poeta fabulosa. deam ea uxorem. adhuc ut cultus matri ferat nymphis tutelæ tuæ. At ille mandatorum immemor cum legatis de nymphis oriundis quare in fratres ultus. se ipse pœnam exegisse narrat. dem de cælo interficere uellent. pœnã arborem fuit consecutus. Affuit huic turbæ. Cyparissus puer fuit formosissimus apollinis gratus. qui cerui quoq; delicias habebat magna dens occidit. serio ẽ affectus dolore ut eã mori omnino uellet in arborem cupressum ab apolline fuerit commutatus. Metas imitata. Metæ sunt lineæ ut cursus ad eã tendant. Ab illo deo ab apolline. ad apollo cum cythara & arcu pingebatur. Cantibus arua. Sic quidem scribetur. sed cithara cum ibi asperato legendum uidetur. Nam cantibus una est ex quinque urbibus Cretæ insulæ. a quia natus est cyparissus. Præcipue autem pro deterrimo ponitur est. Gemmata monilia. Torquens gemmis ornata. Bacca. margaritæ uocantur. Cæsa genitis. Cæsa insula est. a gente Vnde cretis dicitur. Quis ignotis. Quamlibet ignotis. Solisq; uapore. significat solem tunc eo fuisse quo tempore maxime exæstuat. æstus.

Cyparissus puer

Frigus ducebat. Trahebat. capiebat. Pro mœrore. pro quietate ne poterat dolere. Ego sic fugiunt. exhausto. exsilio. Sumptoque rigore. Ac cepta duricie. Sidereum cælum. Sidereis nomenti.

Lugebisque alios. Hoc ex romana consuetudine dictum est. Nam ut feruus fecerat cupressi ramum ante fores domus in qua esset cadauer ponebatur ne quis per imprudentiã ingrederetur. unde illum mortuum fuisse consecratum dicunt. hoc ẽ lachrymis & luctibus. uel quod cæsa umq; reuocari nequit. Dolentibus. Morte propinquorum. Impulsas. percussas. Chordæ autem quæ fides. Tenuit de cantu musicorum tantummodo sunt instrumentorum. Diuersa. Diuersis. Nomẽ enim pro adiectiuo posuit ẽ. Varios modos. varios sonos. ex quibus ea fit harmonia. Ab ioue musa parens. Calliopẽ ma ternã sibi matrem inuocat orphicus. Cedant ioue omnia regno. Omnia inquit iouis potestate fiant oportet. Et autem parendi causam continens cur ab ioue sit inchoandum.

Plectro grauiore. Sono grauiore q̃ bella cãri solẽt. Est aũt plectrũ instrumẽtũ musicũ q̃ latie pecte appellat: quo chordæ pectuntur. ἀπὸ τοῦ πλήσσειν. hoc est a percutiendo, declinatũ. Gigantes gigantomachiam. hoc est

Gens impia. Cerastæ. Fugeq; exilii. Torros. truces terribiles aspectu. Sunt tamen obscœnæ. Quibus inquit Cerastæ tā inuenos cōsuerint Venus. Propertides eranon, aute. sunt eam negare deam esse. Ob cœnæ. Turpes. Vulgasse. prostituisse. Cessit. Recessit. Pro quo. propter quā rem. Numinis ira. Veneris indignatione. Sanguiq; induruit cornis. ita durus est factus ut nihil erubesceret. Paruo discrimine. Pæne differentia. Lapidea nāq; statuæ iudebantur propositis libus similes. Versa. Fuerant subaudiatur. Quas quia pygmalion eorum. Pygmalion quidam fligitus propendium offensus uitam cælibem exigere decreuit.

Ebur nea statua uirgine

Fœdat ebore uirgines simulacrum adeo fabre effin xit. ut per indeq; si una esset ullius amore capere tur. Quare uenerem orauit ut sibi talem cōcederet uxorem. Venus autē plusq; petebatur effecit. Nam illisquam in lecto pygmalion collocauerat: animā inspirauit. mobilemq; statuam donauit. ex inpurato igitur pygmalion uoti compos factus ex ea Paphū filiam. quo & insula & urbs paphos fuit appella ta. Sine coniuge cælebs. Alterum ex altero pēder. Qui enim uxore caret cælebs uiuit. & qui cælibem dicit. uxorem non habet. cælebs autē dicit. quasi cælestem uitam agens. Thalami consorte. Vxore. Qua formosa nasci Nulla potest. Pulcher rimum fuisse illum statuam intelligimus ut quæ ne a natura quidem posset superari. Et si non obstet reuerentia. Acute eleganterq; hoc dictum est. Nā uirgines bene educate præ pudore in uirorum cō spectu uix audent se mouere. Ea igitur statua non quod eburnea esset. sed pudore quo. si uirginibus insito immobilis uidebatur. Ars adeo latet. ut ma tua uideretur non ex ebore confecta. Arte sua. ma tua. statuam. sub audiamus. Simulati corporis. In similitudinē uirginis effecti. Nec adhuc ebur esse fateur. quium tanga: statuam eburneamq; esse senti: tibi tamen eburneam esse persuadere non potest. adeo uitus uidebatur. Insidere. subrepere. in figi ac subsidere si. ut membra digiti cederent.

Et metuit. pressos ueniat ne liuor in artus. Et ti met. inquit ne membra manu pressa liuorem & ni gra quædam signa concipiant. Liuor autē est illud signum sub nigrum quod i corpore pertusso unde sanguis exit. quoniam minutorum colet. simulacrum est. Ita uoti pro insidia sæpenumero ponitur. Heliadū lachrymas. Succinumque e populis in quas sorores phaethontis conuersas fuisse narrant poetæ. dessu ere dicunt. Boece. admonet. Cōcha. Conchide. pur pura tyria. Tota cypro. per totam cyprum. uenieri nam q; dicta est cypeus insula oliciæ syriæq; obiec ta. quādam nonem regnorum sedes. nam quidē nouē tribus appellata. nam & atamantida & ceraſti & aſpelaſia. & amathusia & macrian & Crypton & colinian Plinius scribit fuisse appellata. Cyprus autē dicta est a cypro cinyre filiaque a cypro flore uel ut alij nomine scribunq; quia primo cryptos appella ta fuit eo quod sepe numero a matre fuit occulta tas. deinde r littera abiecta cypros uocata.

Pœcauere mecat: quod dixit crimen in illis:
Exilio pœnam pouus gens impia pendat:
Vel nece: uel si quid mediū ē mortisq; fugæq;
Idq; quid esse potest: nisi uersæ pœna figuræ?
Dum dubitat: quo mutet eos: ad cornua uultū
Flexit: & admonita est: hæc illis posse relinquit:
Grādiaq; in toruos trasformat mēbra iuuēcos.
Sunt tamē obscœnæ ueneri propoetides ausæ
Esse negare deam: pro qua sua numinis ira
Corpora cum forma primæ uulgasse feruntur.
Vt q; pudor cessit: sanguisq; induruit oris:
In rigidum paruo silicem discrimine uersæ.
Quas quia pygmalion euū per crimina agētes
Viderat offensus uitiis: quæ plurima mentis
Fœmineæ natura dedit: sine coniuge cælebs
Viuebat: thalamiq; diu consorte carebat.
Interea niueum mira feliciter arte
Sculpsit ebur: formæq; dedit: qua fœmina nasci
Nulla potest: operisq; sui concepit amorem.
Virginis est uere facies: quam uiuere credas:
Et si non obstet reuerentia: ne mouerit ars a deo latet. arte sua. illa. & haurit
Pectore pygmalion simulati corporis ignes.
Sæpe manus operi temptantes admouet an sit
Corpus. an illud ebur. nec adhuc ebur ee latet.
Oscula dat: reddiq; putat: loquiturq; tenetq;.
Et credit tactis digitos insidere membris.
Et metuit: pressos ueniat ne liuor in artus.
Et modo blāditias adhibet. modo grata puellis
Munera fert illa conchas: teretesq; lapillos:
Et paruas uoluucres: & flores mille colorum
Lilia: perpictasq; pilas: & ab arbore lapsas
Heliadū lachrymas: ornat quoq; uestibꝰ artus.
Dat digitis gemmas. dat longo monila collo.
Aure leues bacce. redimicula pectore pendēt.
Cuncta decēt. nec nuda minus formosa uidet.
Collocat hanc stratis concha sidonide tinctis.
Appellatq; tori sociam: collataq; colla
Mollibus in plumis tanq; sensura reponit.
Festa dies ueneris tota celeberrima cypro.

Venerat: & blandis induta cornibus aurum.
Conciderant ictæ uiuæ ceruice iuuencæ:
Thuraq; fumabant: cū munere functus ad aras
Constitit: & timide. si dii dare cuncta potestis:
Sit coniunx optō: non ausus: eburnea uirgo:
Dicere pygmalion: similis mea dixit eburnæ.
Sensit ut ipsa suis aderat uenus aurea festis:
Vota quid illa uelint: & amici numinis omen
Flāma ter accensa est: apicemq; per aera duxit.
Vt rediit: simulacra suæ petit ille puellæ:
Incumbensq; toro dedit oscula. uisa tepere est.
Admouet os iteꝝ. manibꝰ quoq; pectora tēptat
Temptatum mollescit ebur: positoq; rigore
Subsedit digitis: cedit: quæ hymettia sole
Cera remollescit: tractataq; pollice multas
Flectitur in facies. ipsoq; fit utilis usu.
Dum stupet: & dubie gaudet: falliq; uereturꝝ.
Rursus amās: rursusq; manu sua uota retractat.
Corpus erat. saliunt temptatæ pollice uenæ.
Tum uero paphius plenissima concipit heros
Verba: quibus ueneri grates agit: oraq; tādem
Ore suo non falsa premit. data oscula uirgo
Senſit: & erubuit: timidumq; ad lumina lumen
Attollens pariter cum cælo uidit amantem.
Coniugio quod fecit adest dea: iamq; coactis
Cornibus in plenum nouies lunaribus orbē
Illa paphum genuit: de quo tenet insula nomē.
Editus hinc ille est: quem si sine prole fuisset:
Inter felices eminās potuisset haberi.
Dira cani, procul hinc natæ: procul este parentes.
Aut mea si uestras mulcebunt carmina mentes:
Desit in hac mihi parte fides. nec credite factū.
Vel si credetis: facti quoq; credite pœnam.
Si tamen admissum fuit hoc natura uideri:
Gentibus ismariis & nostro gratulor orbi.
Gratulor. huic terræ: quo abest regionibus illis:
Quæ tantum genuere nefas. sit dives amomo
Cinnamaq; costumq; suam sudataq; ligno
Thura ferat: floresq; alios pachaica tellus:
Dum ferat & myrrhā. tanti nouꝝ nō fuit arbor.
Ipse negat nocuisse tibi sua tela cupido
Myrrhaq; facesq; suas a crimine uindicat isto.
Sepsuere stygio tumidisq; affluunt echidnis
Et tribus una soror. scelus est odisse parentem.
Hoc amor est odio maius. scelus. undiq; lecti

Blandis cornibus. nō infestis. sed mitibus. cornua autem ueluti arma in aduersi habent. Mouere. Sacrificio. Ad aras. Apud altaria. Venus aurea. pulcra. Et amici numinis omen. Flāma ter accensa est. & flamma ter accensa est omen amicitie. i. pacis numinis. Apicem. fumi. Subsedit. ac dit. Vt hymettia cera. hymettia mons est apud athenas nobilissimus. Corpus erat. propter dixerat. cum corpus tamen prope mortale. ac ideo mortuum esse q; a cadendo fit dicta. Salmac. Mouemur. Paphius heros. Cyprus pygmalion. Ver bis plenissima. copiosissima. ornatissima. Ora non falsa. Veram fatem. De quo omen infaustum no men. Nam cyprus dicta est etiam paphos a Papho pygmalionis filio. Editus & ille est. Cyprus Pyg malionis filius. Mythum genuit: quæ infando pa tris amore copia marino opera cum eo inito con cubitu adoneum q; concepit: quod cum reuelasset pater. ducto ense filiam persequi cœpit. illa uero fu giens in arabiam usq; peruenit. ibi longo errore lef fa deorum miseratione in arborem sui nomine fa ta mutata. Inter felices. non cyprorum terrius in primis poēta. Aut mea si uestras. Aut inquit si mea carmina uos delectabunt. nolite credere ea fuisse factaque hoc loco scribēre. de Myrrha cuy re filia. Si tamen admissum. bene dubitat poeta in tantum scelus fuerit admissum. Nam contra natu ram esse uidentur liberi parentes fugere. ac ad ultimum amenti. Gentibus ismariis. Thra cum. Nostro orbi. Thracie. Nam orpheus thrax fu it. Abest. Remota é. Sit dives amomo. Amomū herba est fruticosi odoris non in arabia nascēdi ponto armenioq; nascitur. Plinius scribit. Cinna mū. Cinnamum herba est medicatæ arabia felix cōsendatur. Costum. costum arabia fertur est grati odoris in arabia nascēs. Sudata dicun. per fu dorem quodam modo emissa. Thuriferā ait regio est Sabea. Panchaica tellus. panchaea regio apud fabros in q; thuriferæ arbores nascūtur. Vnde Vir gilius. Torq; thuriferis panchaia pinguis arenis. Tanti noua non fuit arbor. tanti cupa filia esse debuerit. Vindicat. liberat. Et ribus una soror. una ex tribus furiis Tisiphone Alecto ue megæra. Vndiq; lecti proceres. Electi principes.

Ad thalami certamen. Ad nuptias suas certatim
perendie aduenit. Dū non sit ex omnibus unus.
Hoc est uno patre excepto quē ius ex omnibus eli
ge. Si tamen hoc solus est. Myrrha amore uicta
dubitabat an sit verus cū patre coitus. Init pecudes.
Cum pecudibus coit. Nam unire cum accusatiuo ili
d̄ unum animal significante coire significat. Felixq;
illa licet. Ex animo ardore icta prouenit exclama
tio. Myrrha & brutorum uitam commendat & ce
lestem detestatur ut difficilem & durā. Inuida in
ra. Quae humano generi inuidere uidentur: ne nis
quae a natura permittuntur frui possit. Negat. Pro
hibent. Gentes tamen esse feruntur. Hi sunt ero
glodyte nationes: qui. & Vxo
res habent communes & brutorum more uiuunt.
Spes interdicta. Legibus prohibitae. Remanet.
Permittit. Cuncte concumbere possem cum omni
ra. graeca enim loquendi est figura. Nec quis iam
meus est pater. Non est meus. non potest esse
ment maritus. Est mihi proximitas. consangui
nitas ipsa mihi obest. Malus ardor. turpis amor.
Amantem. me fabulam iamus. Si nihil conceditur
ultra. eorum uinxit. hoc est si mihi cum eo con
cumbere non licenquae est ultima amoris linea.
Vltra autem. se ipsam increpat myrrha. quod co
re cum patre affectet. quo quidem modo & iura cō
sanguinitatis & nomina confunderentur. Nā filia
id quod est nefarissimum & matris pellex esset &
adultera patris. Esset praeterea filiorum & soror &
mater. quod penitus consanguinitatis nomina cō
fundit. Sacro angue. execrandis animalibus & uip
ris. Crinitas sorores. Euménidas. furiis. Se autem
ipsā myrrha reprehendit quioiis ab alio increpari
uideatur. Velle puta. Te subintelligimus. nō
patremue quidam. Res ipsa res turpitudo. Me
mor mortalis & honesti. Similis furor esset in
ille. Vt quid iura nelint obliuiscerentur. Nomini
bus dictis. expositis procorum nominibus. Te
pido rore. Tepidis lachrymis.

Te cupiunt proceres: totoq; oriente iuuentus
Ad thalami certamen adest. ex omnibus unum
Elige myrrha uirū: dū nō sit ex omnibus unus.
Illa quidem sentit: fœdoq; repugnat amori.
Et secum. quo mente feror? quid molior iquis?
Dii precor & pietas sacrataq; iura parentum
Hoc prohibete nefas: scelerisq; resistite nostro
Si tamē hoc scelus est. sed. n. damnare negatur
Hanc uenerē pietas: coeuntq; animalia nullo
Cetera delicto. nec habetur turpe iuuencæ
Ferre patrem tergo: sit equo sua filia coniunx.
Quasq; creauit: init pecudes caper: ipsaq; cui?
Semine concepta est: ex illo concipit ales.
Felices quibus ista licent. humana maligna
Cura dedit leges: & quod natura remittit:
Inuida iura negant. gentes tamen esse feruntur
In quibus & nato genitrix: & nata parenti
Iungitur: & pietas geminato crescit amore.
Me miseram: q; non nasci mihi contigit illic:
Fortunaq; loci lædor. quid in ista reuoluor?
Spes interdicte discedite. dignus amari
Ille: sed ut pater est. ergo si filia magni
Non essem cinyræ: cinyræ concubere possem:
Nunc quia meus est: nō est meus. ipsaq; dāno
Est mihi proximitas. aliena potentior esset.
Ire libet procul hinc: patriæq; relinquere fines:
Dū scelus effugiā. retinet malus ardor amantē:
Vt præsens spectem cinyrit: tangāq; loquarq;:
Oscula q; admoueam: si nil conceditur ultra.
Vltra autē sperare aliquid potes impia uirgo?
Et quod confundas & iura & nomina sentis?
Tu ne eris & matris pellex: & adultera patris?
Tu ne soror nati: genitrixq; uocabere fratris?
Nec merues sacro crinitas angue sorores?
Quas facibus sæuis oculos atq; ora ferentes
Noxia corda uident: at tu dum corpore nō es
Passa nefas: animo ne concipe ne uc potentis
Concubitu uetito naturæ pollue fœdus.
Velle puta. res ipsa uetat. prius ille. memorq;
Moris & o uellem similis furor esset in illo.
Dixerat. at cinyras: quem copia digna procorū
Quid faciat dubitare facit: fatetur ab ipsa
Nominibus dictis: cuius uelit esse mariti.
Illa silet primo: patriisq; in uultibus hærens
Æstuat: & tepido suffundit lumina rore:

Virginei cinyras hæc credens esse timoris:
Flere uetat: siccat que genas: atq; oscula iungit:
Myrrha datis nimium gaudet: consultaq; qualē
Optet habere uirum: similem tibi dixit. at ille
Non intellectam uocem collaudat: & esto
Tam pia semper ait. pietatis nomine dicto:
Demisit uultus scelerisq; sibi conscia uirgo.
Noctis erat mediū: curaq; & corpora somnus
Soluerat. at uirgo cinyreia perui gilique
Carpitur indomito furiolaq; uota retractat.
Et modo desperat. modo uult tentare: pudetq;.
Et cupit: & quid agat: non inuenit. utq; seeuri
Saucia trabs ingēs: ubi plaga nouissima restat:
Quo cadat in dubio est: omniq; a parte timet.
Sic animus uario labefactus uulnere nutat
Huc leuis atq; illuc: momentaq; sumit utroq;.
Nec modus & reqes: nisi mors repitur amoris.
Mors placet. erigitur: laqueoq; innectere fauces
Destinat. & zona fummo de poste reuincta
Care uale cinyra. causamq; intellige mortis.
Dixit: & aptabat pallenti uincula collo.
Murmura uerborum fidas nutricis ad aures
Peruenisse ferunt. limen seruantis alumnæ.
Surgit anus: reseratq; fores: mortisq; paratæ
Instrumenta uidens spatio conclamat eodem.
Seq; ferit: scinditq; sinus: ereptaq; collo
Vincula dilaniat. tum demiq; flere uacauit.
Tū dare cōplexus. laqueiq; requirere causam.
Muta silet uirgo: terramq; immota tuetur.
Et deprensa dolet tardæ conamina mortis.
Instat anus canosq; suos & inania nudans
Vbera: per cunas alimentaq; prima precatur
Vt sibi cōmittat: quicquid dolet: illa rogantem
Auersata gemit. certa est exquirere nutrix.
Nec solam spondere fidem. die inquit: operiq;
Me sine ferre tibi. non est mea pigra senectus.
Seu furor ē herbis. habeo qd' carmine sanet & herbis.
Siue aliquis nocuit. magico lustrabere ritu.
Ira deum siue est. sacris placabimus iram.
Quid rear ulterius? certe fortuna domusq;
Sospes ab incursu est. uiuūt genitrixq; pater q;.
Myrrha patre audito suspira duxit ab imo
Pectore. nec nutrix etiam nunc concipit ullum
Mente nefas: aliquemq; tamē præsentit amorē.
Propositiq; tenax: quodcunq; est ora: ut ipsi

Hæc credens. Signa fatebantur. Data. oblatio
Confabulationi. Nō intellecta uocē. Figu
ram qua Myrrha se patris amore capi intuetur pa
ter respondens se illi matrimonium similem habere uo
le. Demisit uultus. Demisit oculos in terrā. Cur
pura cuncta. Igne ideoneo. Amor cupidinis
ea accumbere non poterat. Furiosa uota retractat.
Furiosam cupiditatem cum patre concumbendi reflectit
& animo reuoluit. Elegantur autem ut omnia po
tius exprimat pudice amore ardentis cogitationes
atq; affectus. Sentit. Percussa secum. Trabs i
gens. Maxima arbor. Hac aut similitudine often
dit poena quanta similitudine foret alia Myrrhæ.
Vltima plaga nouissima. Quō ultimum ictus est.
Quo cadat in qui partem cadat ut necessē sit po
sterioribus mori in fratri. Vario inducte. Vario
affecta. Vtroq; iuuenq; partem. Nec modus.
finis ac terminus. Desit. deliberat. Zona. Cinc
tu. De summo poste. de fornicata hasta. Reuin
cta. Religata. Care uale. cinyra. amatori myrrha cinyr
am nomine proprio appellat. Patris quem nomē odio
habebamur quod sibi esse impedimento putabat ne
optato concubitu potirentur. pallenti collo. Inpal
lescit. cum myrrha pallebat imitari. Ser
uantis custodientis. Reuinctam. Aptat. Soluit. fa
uentium subaudiatur. id autem in magni dolori
bus fieri consuetum. Tū demiq; flere uacauit. hoc
est postea qui tumultu diu mentem tandē flendi
tempus habuit nutrix. Muta silet uirgo. Tacq;
mata. Tuetur. Aspicit. id quod indignantes do
lentesq; facere solent. Et deprensa dolet tardæ co
natus mortis. hoc est mortis dolet conatus mor
tes a nutrice deprehensos fuisse & irritatos. Propter
autem nimias honestas deprehensi dicuntur. Vti
bi committat. Vt sibi reuelet. Auersata. Aspernā
tur quasdā uultus auersāte. Nec solam spondere
fidem. Nec solam fidem promittere. sed etiam ope
& auxilium. Me sine. me permitte. Seu furor ē
insanus amor. Siue aliquis nouus commentum &
incantationibus. Lustrabere purgaberis. Propo
situq; tenax. ppositio perseuerans animi. Vtq;
si sibi in soluta dicerentur oratione.

Furibunda.furenti similis.uirginis autem amantis decorum pulcre seruat poeta.Solent enim quo uehemen
tius quod appetunt uirgines amore captæ eo magis dissimulare. Instanti.nutrici subauditur.Et indicium
tua quod appetunt uirgines amore captæ eo magis dissimulare. Instanti.nutrici subauditur.Et indicium
laqueiihoc ē tui nature se indicaturam patri quod se suspendere uoluerit myrrha. Et officium spondet.Auxili
um promittit. Obortis.subito natis: Et o dixit felice coniugem matrem.Figurata oratione tamen myrrha
quo honestius amorem suum in patrem nutricī cōfiteatur. Et autem emphasis cum ex aliquo dicto latens ali
quid ernsurus.ut apud Vergilium:Non licuit thalami expertem sine crimine uitam Degere more feræ.quāqui
n ut scribit Quintilianus de matrimonio queritur

Dulcis amen hinc caput eius affectus ut sine thala
mis uitam hominum nō patet.sed ferarum. Hac
uero figura ea significare solemus:quæ si aperte di
cerentur animi deterentur.pudoriq uiderent. Ha
ctenus. Locuta est subintelligat. Et gemuit.gemi
tum & suspirium emisit. Sensit.n.hoc ē cognouit
nefandum myrrhæ amorem.est autem parenthe
sis,causam significans. Stetit hirta.erecta est. Ad
didit. Dixit. Excuteret.expelleret.ex āo eiceret

Diros amores:Tetros ac turpes. Scit se nō falsa
monere.Hoc est cognoscit ea quæ a matrice dicun
tur esse uera. Vetere tuo.huc est distinguendum.
tam nutrix non est ausa dicere patre impedit pu
dore. Numine,aureu arido. Festa pie cereris.theſ
mophoria a græcis sacra cereris appellantur: quæ
quidē tanta celebrate per decē dies ait scribit Diodo
rus celebrabantur quantas inuenta frumenti do
num postulabat.Sacra autem cereris cum Proserpi
næ sacrificiis confudisse uidetur poeta. cereri nigi
lanticabant prisodecemq; dies festos agebant.cui
femen in terram uulgabatur.quibus quidem diebus
connubia inire uel contrahere erat dolor exsti
mat tapeu concep.us tuta ac uerborū scurrilitate mi
tigaretur.Proserpine uero messis tempore sacra fa
ciebantquo quidem tempore eorum spicea ex
frugum primitiis deæ dicabant. Velatæ corpora.
uelata corpora habentes & tecta. Nuea uestis.cas
tita quali.n sacris cereris utebantur matronæ ad
significandā animi puritatem. In uetitis.inter ue
tita a legibus prohibita. Male sedula. Ad malū
sumus. Quæsitus anim.h cinira. Par ait ē Myr
rha.Aequalis & toi annis quot Myrrha est nata.

Vicimus.Optinuimus id quod tantopere optas.
Prætiga pectora.Malorum subauditur. Tā ta
est discordia mētis,Vt simul & gauderet & mœreret
Myrrha.est aūt acclamatio in myrrhæ lenitatem.

Indicet: & gremio lachrymantem tollit anili.
Atq; ita complectēs infirmis membra lacertis.
Sēlimus inq; amās: & hoc mea (pone timorē)
Sedulitas erit apta tibi.nec sentiet unquam
Hoc pater,exiit gremio furibunda torumque
Ore premēs discede precor: miseroq; pudori.
Parce ait:instanti discede:aut desine dixit.
Q uærere qd dolea.scelus est; qd scire laboras.
Horret anus;tremulasq; manus annisq; metuq;
Tendit: & añ pedes supplex procumbit alūnæ:
Et modo blanditur,modo si non conscia fiat:
Terret: & indicium laquei cœptiq; minatur
Mortis: & officium commisso spondet amori.
Exuit illa caput:lachrymisq; impleuit obortis
Pectora nutricis:conataq; sæpe fateri:
Sæpe tenet uocem: pudibundaq; uestibus ora
Texit. & o dixit felicem coniuge matrem,
Hactenus: & gemuit;gelidos nutricis in artus
Offlagi.sensit em)penetrat tremor;albaq; toto
Vertice canicies rigidis steterit hirta capillis.
Multaq; ut exueret diros;si posset;amores:
Addidit,at uirgo scit se non falsa moneri.
Certa mori tamen est;si non ponatur amore,
Viue ait hæc,potiere tuo.non ausa parente
Dicere conticuit: promissaque numine firmat.
Festa piæ cereris celebrabant annua matres:
Illa quibus nuea uelatæ corpora uestæ
Primitias frugum dant spicea serta suarum.
Perq; nouem noctes uenerem tactusq; uiriles
In uetitis numerant,turba cinyreis.in illa
Regis adest coniunx arcanaq; sacra frequētat.
Ergo legitima uacuus dum coniuge lectus:
Nacta graue uino cinyram male sedula nutrix
Nomine mentito ueros exponit amores:
Et faciem laudat.quæsitis uirginis annis:
Par ait est myrrhæ: quā posta adducere iussa ē:
Vtq; domum redit;gaude mea dixit alumna:
Vicimus.infelix non toto pectore sensit
Lætitiam uirgo:prælagaq; pectora mœrent:
Sed tamen & gaudet,tanta est discordia mētis.

Tempus erat quo cuncta silent: interq; triones
Flexerat obliquo plaustrum temone bootes,
Ad facinus uenit illa suum,fugit aurea cado
Luna regunt nigræ latitantia sidera nubes.
Nox cæca igne suo.primus tegis icare uultus:
Erigoneq; pio lacrata parentis amore,
Ter pedis offensi signo est reuocata. ter omen
Funereus bubo fatali carmine fecit.
Ite tamē: & tenebræ minuūt noxq; atra pudorē.
Nutriciſq; manum leua tenet,altera motu
Cæcum iter explorat.thalami iam limina tangit.
Iamq; fores aperit.iam ducitur intus.at illi
Poplite succiduo genua intremuere:fugitq;
Et color & sanguis:animusq; reliquit eunt e. si
Quoq; suo prior sceleri ē magis horret;& au
Pœnitet;& uellet non cogitā posse reuerti.
Constantem longæua manu deducit:& alto
Admotam lecto cum traderet,accipe dixit.
Ista tua est cinyras:deuotaq; pectora nauit.
Accipit obscœno genitor sua uiscera lecto
Virgineosq; metus leuat horraturq; timētē.
Forsitan ætatis quoq; nomine filia dixit.
Dixit & illa pater:sceleri ne nomina desint.
Plena patris thalamis excedit: & impia diro
Semina fert utero: conceptaq; crimina portat:
Postera nox facinus geminat.nec finis in illa ē.
Cū tandem cinyras auidus cognoscere amantē
Post toe concubitus:sublato lumine uidit
Et scelus & natam:uerbisq; dolore retentis
Pendenti nitidum uagina deripit ensem.
Myrrha fugit:tenebrisq; & cæcæ mūere noctis
Intercepta uoci exclamatoq; uagata per agros:
Palmiferos arabas panchaiaq; rura reliquit.
Perq; nouem erauit redeuntis cornua lunæ:
Cum tandem terra requieuit fessa labore,
Vixq; uteri portabat onus,tum nescia uoti
Atq; inter mortisq; metus & tedia uitæ
Est tales complexa preces,si qua patentis
Numina conciliem,neque tristi recuso
Supplicium,sed ne uiuam uiuosq; superstes:
Mortuaq; exanet ambobus pellite regnis.
Mutatoq; mihi uitamq; necemq; negate.
Numen conciliis aliquod pater.ultima ceteris
Vota suos habuere deos.nā cruta loquentis
Terra superuenit:ruptosq; obliquat p ungues

Tempus erat. intempestam noctem declarat ac
mediamquæ quod cuncta silentia necessitatem no
tant. Inter triones.Septē siue septē stellæ ursæ ma
joris qua a numero septentriones nocant. Boo
tes.fidus est qui & arctophylax appellatur. Aurea
luna Pulcra & munda. Sidera lucentia.Nec tenē
scelus aspicerent. Igne suo.Propria fulgentia lu
minibus. Primus tegis icare uultus.ante tamen
scelus aspicerent.licet autem erigoneq; filia icarii
fuit.nobis exp.sitarium ē.quæ ut scribit pa
trem adeo pia fuisse cum eum a rusticis interfec
ptum comperisset mori omnino decreuisset.sed male
ratione deorum ambo inter sidera fuere collocati.

Ter pedis offensi ite.nam ad cubiculum pa
tris ducebatur pedes offendisse quod eum a tanti
scelere reuocare uidebatur. Funereus bubo.fu
rum.est autem auis pessimi ominis. Cæcum iter.
Obscurum.Morem autem exprimit timentis ani
mi.tam.iam docuerunt.adverbium loci p
adverbio ad locum est positum. Intra enim dici
quis dicatur. Poplite succiduo.qui cadere similē
erat.Eleganter autem exprimit pellum.mollitiē ut
genua.id est,quid scelerisaggrediatur. Magis horret.
nitidius timet. Longæua.matris. nutrix. Deno
ta pectora detestantia.ea. Sensit.ut.sanē filia
quæ in hac uehemēs gauderet. Artus nomi
nativus. Accusativum cinyras fecit erit. Ne tanti
pis & omni detestatione digna fuisse uideatur.

Plena patris.Sequitur subauditur hoc est grauī
dā ex patre facta. Amens cogitatione. Cupidine
cogitationis.Despit.Extrahit. Interque.corpo.
Pallentes urbes.apta quas malit palmas habe
tur.Pāchaia tura arabica. ut enim panchaia regio
arabiæ felix.ita apud quos thus myrrhaq; nascun
tur.Nebulæ.quæ apud superos.Lit
tales complexa preces.apprehendit tales preces

Patratis confestim.hoc est ubi ex nutrice confessio
fuit criminis. Ambobus regnis.& uiuorum & mor
tuorum. Mutate mihi uitam.deformate.Quæ es
set aliam transmutet & figuram de uiuo aut
neq; morientur. Vicina.nota.mutat pro.
Suos deos proprios.

Porrigitur.protenditur.prolongatur. Firmamina.firmamenta aeq; fundamenta. Ossa robur agunt. hoc est.ossa lignum efficiunt.unum lignumq; crassius conuertuntur. In paruos digitos. Eunt subaudiatur.est.in. pronerama. Duratur cortice pellis.hoc est.pellis in durum corticem cõmutatur. Grauem utero.grauidum Nondum.n. peperera. Obruerat.texerat operuerat. Non tulit illa moram.hoc é.Non potuit expectare. Subsedit.se demersit. Cum cape. cortex collum cuius operiretur.et crescentis corpus capur sumittens occurrit faciemq; occultauit. Cum carne Venenti ligno.fiscrescenti. Subsedit.submisit se. Flentibus.hoc ad naturam arboris myrrhæ referunt. Fonte nascq; fluitant sed hoc Phi. etiam in requum inducitur. guttæ autem illæ quæ ex arbore cadunt. Factæ nocentes.quæ in omni myrrhæ genere oppidò pernoxium. multa uero sunt myrrhæ genera. de quibus copiosè Plinius scribit. Est honor & lachrymis.pretium. At male cõceptus. Adonis ex iccirco patris & filia eo tu natus in rami creuit pulchritudinem eius amore Venus cupiens quo cum ut dius esse posset: una cum illo uenationibus indulgeb. precipueq; fugacium animalium. Feras autem natura armatas. uitabat. Admonuit ut sibi ab illis caueret admonebat. Ille uero gloriæ fiducia motus aprum excipere ausus ab eo fuit interemptus. quod cũ Venus resciuisset. in purpureum florem illum cõmutauit. At male. foetus. Exereret. egereret. Tendit. extendit. ac dilatetam tedit. Humet. Madefit. Verba puerpera. hoc est puerperio pfatura. Arbor agit ramas. scindit q; aperitur. Onus unum. puerum unum. Lachrymæ. patentes periphrasis est myrrhæ quæ ab arbore stillant gutta. q; cadunt lachrymare dicuntur. Liuor quoq; Inuidi. eximia autẽ ma xime est faciei quæ ab inuidis quoq; laudatur.

Adonis in floré

Amorum. Cupidinum qui nudi cum pharetris pinguntur. Matris ignes. amores furores q; Myrrhæ matris. Namq; pharetratum. Cupido pharetra ornatus. Infesto. Inuitus. Extanti arundine. extra pendentis sagitta. Distinxerat. vulnerauit. Alui. ilispecie. Alius quam uidebatur. Cytherea. Venus. Cytherea insula est cum oppido antea porphyrusa appellata a Pulcritudine marmorum quæ ibi esso dicebantur. ut scribit Aristoteles una ex cycladibus Veneri dicata. quod in mari nata. ad eam primum cuncha peruenisse ferunt. Dicta sunt autẽ cythera a Cythereo phœnicis filio. Paphũ. Cypriæ. Sed cypri quoq; est urbs paphos ueneris templo nobilis. Pisco. fumq; gnidon. gnidos urbs est doncambi Veneris & templum & simulacrum uidebatur a Praxitele sculptum. tãta arsisse quidam dicitur amore capt. ut furtim noctu in templum se p noctẽ includi ac desiderii sui explendi ita spectandi quoq; impetrauerit.

Porrigitur radix longi firmamina trunci:
Ossaq; robur agunt: mediaq; manẽte medulla
Sanguis it in succos. i magnos brachia ramos.
In paruos digiti: duratur cortice pellis.
Iamq; graué crescens uterũ præcinxerat arbor:
Pectoraq; obruerat: collumq; operire parabat:
Non tulit illa moram: uenientiq; obuia ligno
Subsedit: mersitq; suos in corticé uultus.
Quæ q̃q̃ amisit ueteres cum corpore sensus:
Flet tamen: & tepidæ manant ex arbore guttæ.
Est hõor & lachrymis: stillataq; cortice myrrha
Nomen herile tenet: nulloq; tacebitur æuo.
At male cõceptus sub robore creuerat infans:
Quærebatq; uiam: qua se genitrice relicta
Exereret. media grauidus tumet arbore uẽter.
Tẽdit onus matrẽ. neq; hẽnt sua uerba dolores.
Nec lucina potest parientis uocé uocari.
Nitenti tamen est similis: curuataq; crebros
Dat gẽitus arbor: lachrymisq; cadentibus hũct.
Constitit ad ramos mitis lucina dolentes:
Admouitq; manus: & uerba puerpera dixit.
Arbor agit ramas: & scisso corticé ustum
Reddit onus. vagitq; puer: quẽ mollib⁹ herbis
Naiades impositum lachrymis unxere parẽtis.
Laudaret faciem liuor quoq;. qualia nanq;
Corpora nudorum tabula pingũtur amorum:
Talis erat. sed ne faciat discrimina cultus:
Aut huic adde leues: aut illis deme pharetras.
Labitur occulte. fallitq; uolatilis ætas:
Et nihil est annis uelocius. ille sorore
Natus auoq; suo: qui conditus arborẽ nuper:
Nuper erat genitus. mõ formosissimus infans.
Iam iuuenis. iam uir. iam se formosior ipso est.
Iam placet & ueneri: matrisq; ulciscitur ignes.
Nãq; pharetratus dum dat puer oscula matri:
Infesto extanti distrinxit arundine pectus.
Læsa manu natum dea repulit. altius actum
Vulnus erat. specie primoq; fefellerat ipsum.
Capta uiri forma non iam cytherea curat.
Litora. nõ alto repetit paphon æquore cincti

Piscosiq; gnidõ grauidãq; amathũtaq; metallis:
Abstinet & cælo. cælo præferrur adonis.
Hãc tenet. huic cões é. assuetaq; semp i umbra
Indulgere sibi: formamq; augere colendo.
Per iuga. per siluas. dumos & saxa uagatur
Vsq; genu uestem ritu succincta dianæ.
Hortaturq; canes: tutaq; animalia prædæ:
Aut pnos lepores: aut celsum in cornua ceruũ:
Aut figitat damas. at fortibus abstinet apris.
Raptoresq; lupos armatosq; unguibus ursos
Vitat: & armenti saturatos cæde leones.
Te quoq; ut hos timeas: si qd pdesse monẽdo
Posset: adoni monet. fortisq; fugacibus esto
Inquit. in audaces non est audacia tuta.
Parce meo iuuenis temerarius esse periclo.
Neue feras: quibus arma dedit natura. deesse.
Sterr tibi ne magno tua gloria: nõ mouet ætas:
Nec facies: nec quæ uenerem mouere. leones:
Setigeroq; sueæ oculoq; animoq; ferarum.
Fulmen habent acrés in aduncis dentibus apri.
Impetus est fuluis: & uasta leonibus ira.
Inuisumq; mihi genus est. quæ causa roganti:
Dicam ait: & ueteris mostrum mirabile culpæ.
Sed labor insolitus iam me lassauit: & ecce
Opportuna sua blanditur populus umbræ:
Datq; torum cespes. libet hac reqscere tecum.
Et reqcuit humo: pressitq; & gramẽ & ipsum.
Inque sinu iuuenis posita ceruice reclinis
Sic ait. ac mediis interfetit oscula uerbis:
Forsitan audieras aliquam certamine cursus
Veloces superasse uiros. non fabula rumor
Ille fuit. superabat enim. nec dicere possis
Laude pedum formæq; bõe bono pẽiõr esset.
Scitanti deus huic de coniuge. conuige dixit
Nil opus est. atalanta tibi. fuge cõiugis usum:
Nec tamen effugiet. teq; ipsa uiua carebit.
Territa sorte dei. p opacas inuia siluas
Viuit: & inflãtem turbam uiolentia procorum
Conditione fugat. nec sum ponenda. nisi inqt.
Victa prius cursu. pedibus cõtendite mecum.
Præmia ueloci cõiunx thalamiq; dabuntur.
Mors precium tardis. ea lex certaminis esto.
Illa quidem immitis. sed tanta potentia formæ
Venit ad hãc legẽ temeraria turba procorum.
Sederat hippomenes cursus spectator iniqui.

Grauidæq; amathusiadas amathus urbs fuit Cypri arx. Adonis abundans: propter quod poetis illi metallis grauidum uocat. Cælo. præferrur Adonis. Lepida emphasis. ea qua eligitur quam formosus fuerit Adonis. Secundum ueteres. faciem & fabricatam usq; ad genua uestem habuerit. Aut prosois lepores. In caput. in dianam. cruta nanq; in teriora habent ferocia. Fagosibus. aduersus fagos feras. Parce esse. Noli esse. Nec quæ Venerem mouere. hoc est. ætas. forma pulchritudo quibus ego nota fuimus. nihil feras mouent. Animos ferarum. Iram & rabiem feræ. Fulmen hãt. Sic enim omnia protegunt apri dentibus. ut telum illis in esse uideatur. Oportuna. cõmoda. Et ipsum Adonin. illum enim sedere coegit. Positis cernice. Reposito capite. Redinata. Reclinata. interserit. interponit. Fossique. subeuntes. Adulanta. Charmen regis filiarum. ornatum de nuptiis. quæ salutatæ. spondent. accepta. ipsi non opus esse matrimonio. Cum uero & pernecessaria & formosissima. ea a multis uxor peteret. Ipsa uero. ne eos procos ut pernari. ut eorum medium se nulli ante metam. qui a quo cursu fuit superata. Quod fugiens ipsa superare illum ut interficeret. Cum autem alios eos peremisset. Hyppomenes Macarei filius. & Neptuni nepos. uirginis amore captus. in certamen ei se deferendum. Venit. ope qui amore succensus. Venerem iam superatam. Sed cum uotis compos. Venerem minus gratiarum egisset. Hippomenes. dea irata. fecit illum in libidinẽ concubitus. in sacello matris deum. dicta cum atalanta concubere coactus fit. Quo flagitio mater deum indignata & Hippomenẽ in leonem & atalantam in leænam conuertit. atq; eos currui subiecit. Aliquam. Quandam. in sua dicentem oratione. Non fabula. narrat. ille fuit. ille fuit. et non non fuit falsus. Saxaque. gemunt. sunt.

Deus. apollo. Sonte. oraculo. responso. Tuq; ipsa uiua carebis. hoc é. Tua forma adhuc uiua priuabitur. Nam ille tum fuit transfiguratus. Inuisum. Hyppomenes. Ardua. in leæ

Ponenda. Habenda. Pedibus contendite mecum. Curlo mecum certate. Illa quidem immitis. Crudelis. Sed tanta potentia formæ. adiunctio. qua pernicium temeritas excusatur.

Et petitur cuiquam. Affectu & indignatione ferunt illa periculà & indignatur enim Hippomenes quod quisquá se tanto periculo exponat gratia alterius ducende uxoris. Posito uelamine. Deposita uestis. Culpam. accusat. damnat. Concipit ignē in amorem incidit. Et nequis iuuenum. Amore nanq; atalāte captus Hyppomenes timebat neq; ante se uictor euaderet. Inuidiamque timet. Ne inuidia sibi sit impedimento quo minus atalanta potiatur. Hyppomenes metuit. Passu alite. uelocis cursu. Exigit. cogitat. Scythica sagitta uelocissima. Scythæ nanq; plurimum sagittando utūtur.

Aonio iuueni. Hippomeni Beotio. Decoris. pulchritudinis. Refert. retrofert. Exponit autem poeta quo modo cursus ipse atalantæ pulchrimdine augeret. Talaria. alata erant calciamēta. Genialia. genium tegmina & ornamēta. Haud aliter. non aliter inquit candidū atalantæ corpus ruboré contrahere: quam cum aulæum purpureum in dealbatis atriis extentum solet umbra rubicunda parietes inficere. Dat. Tribuit parieti. Inficit efficit & mittit: Hospes. hippomenes. Decursu ultima meta est. ad ultimam metā decursū est. Est autem participium contra grāmatices rationē formatum decursa. Pendunt q. persoluunt. dant.

Ex fadere. ex lege. Facilem titulū. gloriam facile partam. Mecum confer. mecum mente compone. Potentem uoti compotem. Atantes. a tam generoso.

Nāq; nihi genitor. Maiores suos recensset hippomenes: ut sua generositate atalantæ animum ad se amandum pelliciat. a Neptuno nāq; origine ducet. Nec uirtus citra genus est. hoc est. a uirtute maiorum non degenero. Seu uincar. Dilemmate colligit Hyppomenes atalantam secum certare debere. Schoeneia. atalanta. Schoeneia regis filia.

Molli uultu. mitt ac manifesto. Quis deus formosis inquis. hoc est. Quis deus pulchris & formosis inuncus hunc perdere cupiens hera per cane uitæ periculum meas querere impiat? Discrimine. periculo. Nomine iudice tāli. Vt tam formosus iuuenis debeat perire. Nec forma tangor. nec pulchritudine moueor. Sed quod puer adhuc est. Subindi tatur tangor. Et mens uiret ita leti: quæ nullo mortis timore terretur. Ab æquore origine. neptuno æquoreo deo. Dum licet hospes abi. Dum potes recede o peregrine. Est autem apostrophe ad hippomenem: quē etsi amice admonere uideatur atalanta me cum tamē dō certe secum tamen ipsa hæc loquitur.

Et petitur cuiq̄ per tanta pericula coniunx?
Dixerat: ac nimios iuuenum damnarat amores.
Vt faciem & posito corpus uelamine uidit:
Quale meum uel quale tuum si fœmina fias:
Obstupuit: tollensq; manus ignoscite dixit:
Quos mō culpaui. nōdum mihi præmia nota:
Quæ peteretis erāt. laudando cōcipit ignem.
Et nequis iuuenum currat uelocius optat:
Inuidiamq; timet. sed cur certaminis huius
Intemptata mihi fortuna relinquitur inquit?
Audentes deus ipse iuuat. dum talia secum
Exigit hippomenes: passu uolat alite uirgo.
Quæq; scythica non segnius ire sagitta
Aonio uisa est iuueni. tamen ille decoris
Mirator magis est. Et cursus facit ipse decorē.
Aura refert ablata citis talaria plantis.
Tergaq; iactantur crines per eburnea: quæq;
Poplitibus suberant picto genialia limbo:
Inq; puellari corpus candore ruborem
Traxerat: haud aliter: quā cum super atria uelū
Candida purpureū simulē dat: & inficit umbrā.
Dū notat hæc hōspes: decursa nouissima meta
Et tegitur festa uictrix atalanta corona. (est.
Dant gemitū victi: pēdunt. q; ex fœdere pœnas.
Non tamē euentu iuuenum deterritus horum.
Constitit in medio: uultuq; in uirgine fixo:
Quid facilem titulum superando q̄ris inertes?
Mecum confer ait. seu me fortuna potentem
Fecerit: a tantō non indignabere uinci.
Nanq; mihi genitor macareus. achestius illi:
Est neptunus auus. prōpos ego regis aquarū.
Nec uirtus citra genus est. seu uincar: habebis
Hippomene uicto magnum & memorabile no
Talia dicentem molli schœneia uultu (men:
Aspicit: & dubitat superari an uincere malit.
Atq; ita. quis deus huic formosis dixit iniquus
Perdere uult: caraq; iubet discrimine uitæ
Coniugium petere hoc? nō sum me iudice tāti.
Nec forma tāgor. poterā tamē hac quoq; tāgi.
Sed qd adhuc puer é. ñ me mouet ipe: sed ætas.
Quid? q; inest uirtus: & mens intrepida leti?
Quid? q; ab æquorea nūeratur origine quartus?
Quid? q; amat: tantiq; putat connubia nostra:
Vt pereat: si me sors illi dura negarit?
Dū licet hōspes abi: thalamoq; relinq; cruētos:

Coniugium crudele meum é. tibi nubere nulla
Nolleti & optari potes a sapiente puella.
Cur tū é mihi cura tui tot iam ante peremptis?
Viderit. interea quoniam tot cæde procorum
Admonitus non es: agiturq; in tædia uitæ.
Occidere hic igitur uoluit quia uincere mecum?
Indignamq; necem precium patietur amoris?
Non erit inuidiæ uictoria nostra ferendæ.
Sed non culpa mea est. utinam desistere uelles.
Ar quoniam es demens: utinam velocior esses.
Ah q̄ uirgineus puerili uultus in ore est.
Ah miser hippomene. nollem nbi uisa fuissem.
Viuere dignus eras. q. si felicior esses:
Nec mihi cōiugium fata importuna negarent:
Vnus eras cum quo sociare cubilia uellem.
Dixerat utq; rudis primoq; cupidine tacta
Quod facit ignorans amat: & nō sentit amorē.
Iam solitos poscunt cursus populusq; pater q;:
Cum me sollicita prōles neptunia uoce.
Inuocat hippomenes. cytherea cōprecor aulis
Adsit ait nostris: & quos dedit adiuuet ignes.
Denuit aura preces ad me non inuida blandas:
Motaq; sū fateor. nec opis mora lōga dabatur:
Est ager: indigenæ damascenum nomine dicūt:
Telluris cypriæ pars optima quam mihi prisci
Sacrauere lares: templisq; accedere dotem
